Serpit enim eorum venenatus ſermo ſi
cut lupus in gregibus ⁊ occultis verbo-
rũ morſibus incautis letale ỽſus infun-
dit: donec noxias eorũ latebras diligẽtia
paſtoris inueſtigatas educat ad lucem.
Sicut ⁊ ipſe Symon petri ⁊ īduſtria cõ-
prehẽſus penã quã merebatur expẽdit.
C ℭ Uerũ per dies ſingulos augeſcẽ
te p̃dicatione verbi diuini per dei puidẽ
tiam ex ethiopie regionibus adeſt qui-
dam regine gentis illi⁹ prepoſitus. Mo
ris quippe eſt illi nationi etiã nũc a femi
nis regi ſtanq; vota in hieroſolymis red
diturus. Huic philippus reſponſis ſan-
cti ſpũs iuſſus. primo ex omnibus genti-
bus myſteriũ fidei ⁊ ſacramentũ baptiſ-
mi tradit: ⁊ velut quaſdã cum deo primi
tias omniũ conſecrat nationũ. Hũc opi-
nio tenet ad patriam terrã regreſſum ſci
entiam dei ſummi et ſalutarẽ dñi noſtri
precientiam indigenis gentib⁹ ſicut ſibi
tradita fuerat predicaſſe. In quo; rebus
ipſis completa eſt per eũ prophecia que
dicit. ethyopia preueniet man⁹ eius deo.

Dum hec ita aguntur Paulus vas ele-
ctionis non ex hominibus neq; per ho-
minem ſed per reuelationem Ieſu chri-
ſti ⁊ dei patris qui eum ſuſcitauit a mor-
tuis in apoſtolatũ vocatur celeſtẽ adiſe
voce delata.

ℭ Cap. ij. qualiter tyberi⁹ de chriſto edo
ctus eſt a pylato ⁊ commonitus.

INtereacũ per
oẽm iam locũ de reſurrectio
ne ⁊ mirabilibus dñi nr̃i ieſu
xp̃i: ⁊ de aſcẽſione eius ad ce
lũ felix fama loqueret: ac per oim aures
beati hui⁹ rumoris volueret opinio ⁊ qm̃
antiqui rumoris erat apd̃ romanos vt p
uinciarũ iudices ſi qd̃ forte noui in his
quas regebãt puincijs accidiſſet vel pnci
pi vel ſenatui nũciarẽt: vti ne ex his q̃ ge
rebãt ignorare aliq̃d viderent. De reſur
rectiõe a mortuis dñi ⁊ ſaluatoris noſtri
ieſu chriſti que iam in omnem locum fue
rat puulgata; pilatus tiberio principi re
fert: ſed ⁊ de ceteris mirabilib⁹ eius. Et
vt poſt mortem cum ſurrexiſſet a quam
plurimis iam deus eſſe crederetur. Ti-
berius que cõpererat: retulit ad ſenatũ
Senat⁹ aũt ſpreuiſſe dicit p eo ꝙ nõ ſibi
prius hui⁹ rei iudiciũ fuerit delatum ſ;
auctoritatem ſuam preuenerit vulgi ſen
tentia. Lex em̃ erat antiquitus deſigna-
ta ne quis apud romanos deus habere
tur: niſi ſenatus decreto ⁊ ſnia confirma-
tus. Porro autem pro vero hoc erat qd̃
agebatur. ne diuina virtus humanis pu
taretur aſſertoribus indigere. Cumq; ſe
cundũ ea que ſupra diximus tenuiſſet ſe
natus. Tiberius tenuit ſententiam ſuã
ne quid aduerſum doctrinam chriſti con
trarium moliretur. Hec tertulianus vir
⁊ legum ⁊ inſtitutionum romanorum pe
ritiſſimus: ⁊ inter noſtros ſcriptores ad-
modum clarus in apologetico ſuo quem
aduerſum gentes pro noſtra fide ſcribit
hoc modo retulit: vt de origine inquit ali
quid retractemus eiuſmodi legũ vetus
erat decretum: ne quis deus ab impera-
tore cõſecraretur: niſi a ſenatu pbat⁹ ſit
marcus emilius de deo ſuo alburno: fa-
cit ⁊ hoc ad cãm noſtram ꝙ apud vos hu
mano arbitratu diuinitas penſitatur.

Et niſi homini deus placuerit deus non erit. Ho͞ iam deo propicius eſſe debebit. Tiberius ergo cui⁹ tp͞e nomẽ xp͞ianuƺ in ſeculũ intrauit annũciata ſibi ex ſyria paleſtinaq; que illic veritatem iſtius diuinitatis reuelauerãt retulit ad ſenatũ cum prerogatiua ſuffragij ſui.ſenatus que nõ ante ipſe ꝓbauerat reſpuit. Ceſar in ſn͞ia manſit comminatus periculũ accuſatoribus xp͞inoꝝ.hec tertulianus.

¶ Cap̄.iij.q͞uo in omnẽ mundũ breui tp͞e diffuſa.de xp͞o predicatio eſt. A

QUod profecto diuina ꝓuidẽtia ita tunc ceſaris ſenſib⁹ ingeſſit vt abſq; vllo obſtaculo in ipſis dumtaxat initijs euangelij ſermo vſquequaq; percurreret. Unde et factum eſt vt repente quaſi celitus lumen oſtenſum aut radius quidem ſolis erumpens totum orbem claritate superni luminis illuſtraret vt compleretur illa prophetia que dixerat:in omnez terram exiuit ſonus eorum euangeliſtarum dumtaxat: ⁊ ap͞loꝛum et in fines orbis terre verba eorum. Ex quo per oẽs ciuitates ac vicos immẽſe multitudines velut meſſium tẽpore frumẽta ad areas ita ad eccleſias populi congregabantur. Quicũq; illi a parẽtib⁹ tradite ſibi morbide ſuperſtitionis vinculis tenebantur ꝑ doctrinã xp͞i ſimul ⁊ ꝑ virtutuƺ miracula q̃ fieri videbãt recepta veri dei noticia tanq; a tyrãnicis dñis liberati ad vnũ verum deũ ⁊ dñm creatoreq; ſuũ veteruſti penitẽtes erroris.fideli cũ confeſſione veniebant.

B ¶ Cum igitur paſſim iam per oẽs etiã gentiliũ populos profuſius effunderet diuina dignatio:prim⁹ corneli⁹ apud ceſareã paleſtine vrbẽ maximã cũ oĩ domo ſua ad fidẽ xp͞i petro miniſtrãte ꝑducit. Jam inde quã plurimi ⁊ alij ex gentibus apud anthiochiã ad fidẽ veniunt:eorũ p̄dicatione pertracti:quos ꝓ ſeditiõe aduerſus ſtephanum cõmota:diſſeminatos eſſe ꝑ omnem locũ ſuperius edocuimus. Per quos ⁊ apud antiochiam florẽtiſſima cõgregat̃ eccleſia in qua erãt etiã ꝓphetici ordinis viri q̃ plurimi:cũ quib⁹ ⁊ barnabas ⁊ paulus. Quib⁹ oĩbus pariter in gr͞a dei ⁊ vnanimitate de gẽtibus: ibi p̄mum diſcipuli velut et perenni fonte ſumpto vocabulo: appellati ſunt xp͞iani. Qua tẽpeſtate agabus q̃dẽ vn⁹ ex ijs qui aderant ꝓphetis famã magnã futuram diuinis p̄ſagiebat oraculis. Paulus vero ⁊ barnabas cum miniſterio a fratribus collato q͛ ſanctoruƺ vſibus deſeruiret:hieroſolimam deſignantur.

¶ Cap̄.iiij.quẽadmodũ poſt tyberiũ gayus ceſar regẽ iudeoruƺ conſtituit agrippam.

INter ea tiberius duob⁹ ⁊ viginti circiter annis ſui p̄ncipat⁹ exactis viuendi finem fecit. Poſt quẽ gayus iperiũ ſuſcepit:⁊ cõtinuo iudeoꝝ p̄ncipatũ tradidit agrippe:ſimul ⁊ philippo ac liſanie tetrarchias.cũ q̄bus ⁊ paulo poſt herodis eidẽ pariter ꝯtulit. Ip̄m ṽo herodẽ q̃ ⁊ in nece iohãnis auctor extiterat: ⁊ ĩ paſſiõe dñi iterfuerat multis excruciatũ modis eterno dãnat exilio.ſicut ioſephus in ijs que ſupra inſeruimus ſcribit.

¶ Cap̄.v.qualiter fillo pro iudeis ſuſcepit legationem ad gayum.

HUius tẽporibus Filo inſigniſſim⁹ ſcriptoꝝ florebat qui nõ ſoluƺ in noſtra:veꝝ ⁊ in grecoꝝ ph͞ia primus inter primos habebatur.

A ¶ Hic aũt gñere quidẽ a ꝑauis hebreus. Apud alexãdriã vero ĩ oĩb⁹ claris ⁊ nobilib⁹ viris clarior ac nobilior erat. In diuinis autẽ legib⁹ ⁊ p̄rijs inſtitutis quant⁹ qualiſue fuerit:ex ijs que nobis librorũ ſuoꝝ tradidit monimẽtis omnib⁹ clarũ eſt. Quis enim digne valeat explicare:quanta eius in liberalibus l͞ris fuerit inſtitutio. Quanta in philoſophicis. Quantuſq; maxime in platonicis et pitagoricis fuerit diſciplinis:vtq; omnes ⁊ qui ſecum floruerant pene ⁊ qui preceſſerant ſuperarit.

B ¶ Hic igitur ip̄e: temporibus gaij quãta iudeis acciderint mala quinq; voluminib⁹ exponit. Sƺ ⁊ de eiuſdẽ gaij mẽtis inſania commemorat:q͛ intantũ ſuper-

bie elatus ſit: vt deum ſe voluerit appel-
lari. In ipſis aũt vbi de iudeoꝝ cladibus
refert ſuã quoq; legationẽ: quã pro cõtri
bula[illegible]ib⁹ ſuis iudeis detulit ad vrbeꝫ
romã deſcribit. ⁊ ꝙ perorãs apud gayuꝫ
ꝓ patrijs legib⁹ nihil ampli⁹ quàm irri-
ſionẽ retulerit domum: imo ⁊ pene peri-
culũ mortis incurrerit.

C ¶ Sed ⁊ ioſephus meminit horum
in octauodecimo antiquitatũ libro talia
quedã ſcribẽs. Et quidẽ cũ ſeditio apud
alexandriã fuiſſet exorta inter iudeos et
grecos terni ab vtriſq; ꝑtib⁹ legati mit-
tunt ad gayũ. In quib⁹ pro parte greco-
rũ: erat quidã legat⁹ appion noĩe. Qui cũ
in ceteris q̃ꝫ plurimis iſimularet iudeos
tũ maxime ꝙ honorẽ ceſari nõ deferrẽt:
vt moris eſt facere omnibus qui roma-
nis faſcibus ſubiacent. Hi ergo aiebant
neq; aras gayo: neq; tẽpla cõſtituũt: neq;
alia huiuſcemodi in quib⁹ ei diuini hono
res a ꝓuincialibus deferuntur. Sed ſoli
ſunt qui neq; ſtatuas ei decernant: neq;
ſacramentũ nomine eius obſeruẽt. Cũq;
hec ⁊ alia grauiora allegaret appion: per
que concitari crederet gayũ. Filo q̃ lega-
tioni p̄erat iudeoꝝ: vir in omnib⁹ magni
ficus: alexãdri alabarche frater: philoſo-
phie non ignarus: potẽtiſſime purgauit
obiecta. Sꝫ abiecit eũ gayus. ⁊ iubet illi-
co e cõſpectu ſuo abſcedere: dum iracun-
dia repletus ſecũ ipſe rimaꝛ q̃d in eos cõ
ferat mali. Egreſſus autem Filo cũ iniu-
ria: ait ad iudeos qui ſibi aſtabant. Bo-
no animo nos eſſe oportet quibus irat⁹
eſt gay⁹. quia neceſſe eſt adeſſe diuinum:
vbi humanũ ceſſat auxiliuꝫ. Hec quidẽ io
ſephus. Sꝫ ⁊ idem Filo in ipſo libro quẽ
de ſua legatione cõſcripſit. ſigillatim de
omnib⁹ que a ſemet geſta ſunt refert. Ex
quibus illa ſola cõmorabo: que legentib⁹
euidenter in iudeos diuinã ꝓ piaculis q̃
aduerſũ xp̄m auſi ſunt indicẽt vltionem.

¶ Cap. vj. quãta acciderit iudeis ma
la poſt irrogatam chriſto mortem.

PRimo quideꝫ
tẽporib⁹ tyberij referti vrbe
roma Seiaꝫ quẽdam magni
apud imperatorem loci: vni
ũerſam eoꝛuꝫ gentem: ſummo niſu inter-

imere voluiſſe. In iudea aũt pilatuꝫ ſub
quo in ſaluatorẽ faciſn⁹ admiſſum eſt dũ
templum quod in hieroſolymis tunc ad
huc manebat integrũ ꝓphanare tẽtaret
maximis eos perturbationibus agitauiſ
ſe. Sed ⁊ poſt tyberij occaſum refert ſuc-
ceſſorem eius cum ceteris quã plurimis
tum etiã iudeorum genti acerbiſſimũ ex-
titiſſe: qđ preſto eſt etiã ex ipſius ſcripto
ris ſermonibus diſcere. Multa quidem
erat inquit in gayo ingenij prauitas: que
erga omnes homines. tũ precipue erga
iudeorũ genteꝫ ferebatur: ⁊ ſpeciali qua-
dam ſeuitia loca eorum q̃ in diuinis ha-
bẽt ſupplicatiõibus cõſecrata incipiens
ab alexãdria diripi ⁊ cõtra religionẽ mo-
rẽq; gentis ꝓphanari iubet ſtatuis ſuis
⁊ ſignis atq; imaginibus ea replens. Tẽ
plũ quoq; ſancte ciuitatis: quod ſolũ ma
nebat totius ꝓphane ꝯtagionis intactũ
⁊ a maioribus perdurauerat aſilum cõ-
mutare in templũ ꝓprij nominis auſus
ẽ: vt edes iouis nobiliſſimi noui dei gaij
vocaretur. Sed ⁊ alias innumeras cla-
des. et vltra oẽs tragicos luctus apud
alexandriã iudeis irrogatas eẽ ſub gayo
in ſcđo operis ſui de virtutibus libro vir
memoratus exequitur.

B ¶ Necnon ⁊ ioſephus cõſona huic
de pilati temporibus ſcribens: ꝓ piacu-
lis ſaluatoris q̃ vniuerſi genti acciderint
mala: audi vt etiã ipſe in ſecundo iudaici
belli defleat libro. Is autem ait qui miſ-
ſus eſt in iudeam a Tyberio procurator
Pylatus: noctu velatas hieroſolymam
introferri imagines ceſaris iubet ac ſta-
tui. Quod vbi dies exortus eſt magnam
perturbationem iudeorum populis exci
tauit ſtupentibus et perturbatis ad no-
uam faciem rerum. Conijciebant nãq; ex
hoc ꝙ ſpernerent ⁊ conculcarent iam le-
ges ſue ⁊ omnia inſtituta maiorum qui-
bus nihil tale haberi intra menia vrbis
illius fas erat. Sed hoc eſt initiũ in quo
eos impie cõfeſſionis ſue velox vindicta
dãnauit ꝓ eo qđ ſm euangelij relationeꝫ
ſimul gens cõclamauit vniuerſa: non ha
bemus regem niſi ceſarem.

C ¶ Tunc deinde idẽ ſcriptor aliã q̃ꝫ
in eos delatã cõmemorat vltionẽ dicẽs.
Poſt hoc auteꝫ etiã aliam eo accidit per-

turbatio: pro eo quod ſacrum erarium
(qđ apud eos patria lingua chorbonas
appellatur)contra fas in vſus cōes pu=
blici aqueduct⁹ progari videret: q̄ a tre=
cētis ſtadijs deducebatꝛ. Pro q̄ nimia in=
dignatiōe ppl'ſ cōmouebatur. Cūq; ad=
eſſet pilat⁹ hieroſolymis: audēt adire eū
ꝛ clamoribus fatigare. At ille q̄ preuide=
rat ſeditionem futuram milites habitu
plebeio obtectis armis multitudini imiſ
cuit: precepto eis dato vti ne gladijs i ſe
dicioſos ſed fuſtib⁹ vterentꝛ. Igitꝛ vbi tp̄s
fuit: ſigno de tribunalibus dato: cedi po=
ſternicq; ceperūt. Nonnulli verberantiū
vulneribus plurimi autem dum in fugā
conferti proruunt propria conſtipatione
perculſi perire. Reliqui ꝓo diſperſi ꝛ ſuo
rum funeribus deterriti vim laboris ſilē
tio repreſſere. Multas preterea clades in
hieroſolymis eis obueniſſe dum nouis
ſemꝑ rebus ſeditioſius ſtudent idē ſcri=
ptor exponit: oſtendens quod ex admiſſi
ſacrilegij tempore: nunq̄ bella morteſq;
ceſſarunt: vſquequo vltimum et exiciabi
le malum tēporibus veſpaſiani eos obſi=
dioſe incluſit.

℄ Capitulū. vij. vt pylatus ſibi mor=
tem conſciuit.

IGitur iudeos ꝓ conmiſſo
ſcelere vltio diuina dā
nabat. Sed ꝛ ipſe pyla
tus q̄ in ſaluatorē ini=
qui iudicis funct⁹ offi=
cio eſt: iſdē tēporibus
Gay: tantis ac talibus
malorum cladib⁹ cruciat⁹ eſt: vt ꝓpria ſe
manu trāſuerberans: nephariam vitā ví
abieciſſe referatꝛ. Nec enim poterat tan=
ti piaculi miniſter īpunit⁹ euadere ſicut
in hyſtorijs grecoꝝ reperim⁹ eorum dū=
taxat qui olimpiadas ſcribunt ꝛ annales
rerū geſtarum libros ad poſteritatis me
moriam condunt.

℄ Capitulum. viij. de fame tempori=
bus claudij.

ET enim gayo
quattuor annis nec integris
principatu miniſtrato clau=
dius imperator ſuccedit. ſub
quo fames ſatis dira vniuerſum orbem
obtinuit. Hoc tamen ita futurum longe
ante noſtri prophetie predixerant. ſicut
in actibus apoſtolorum refertur agabū
quendam prophetam famē magnam fu
turam ſuper imperatore claudio denun=
ciaſſe. Uerum lucas qui de agabo refert
coniungit etiam hoc: qđ per paulū ꝛ bar=
nabam: fratres qui erant antiochie ꝓ vi
ribus vnuſquiſq; ſumptum miſerint ſan
ctis habitātibus hieroſolymam: et poſt
hoc addit dicens.

℄ Cap. ix. de martyrio Iacobi apl'i.

IN illo autē
tpe ſine dubio tēp⁹ qđ
ſub claudio fuit cū fa=
mes erat deſignās. mi
ſit inquit herodes rex
man⁹ vt affligeret ali=
quos de eccleſia: viter=
fecit iacobum fratrem iohānis gladio.
de hoc aūt iacobo clemens alexandrin⁹
etiā quandam hyſtoriam dignā memo
ria in ſeptimo diſputationum ſuaꝝ libro
ſcribit: perlatam ad ſe vſq; ex traditione
maiorum. Quoniāquidē inquit et hic q̄
obtulerat eum iudici ad martyrium iaco
bum ſcꝫ mot⁹ etiā ipſe cōfeſſus eſt ſe eſſe
chriſtianum. ducti ſunt inquit ambo pa=
riter ad ſupplicium: ꝛ cum ducerentur in
via rogauit iacobum dari ſibi remiſſio=
nem. at ille parūper deliberans: pax tibi
inquit: et oſculatus eſt eum: et ita ambo
ſimul capite plexi ſunt.

℄ Capitulū. x. vt agrippa ꝛ herodes
apoſtolos perſecuti diuinā continuo
ſenſerunt vindictam. A

SEd tunc inquit vt ait ſcri=
ptura diuina videns hero
des qꝛ de iacobi nece gra=
tum eſſet iudeis addidit
adhuc et petrum coniecit
in carcerem: ſine dubio ipſum etiā puni=
re volēs: niſi diuinū affuiſſet auxilium. q̄
angelus noctu ei aſſiſtens mirabiliter eū
vinculoꝝ nexib⁹ abſoluit: ꝛ ad miniſteriū
p̄dicatiōis ire liberū iuſſit. ꝛ cū petro qui
dē hec geſta ſunt. Regis vero facinus in
apl'os ꝑpetratum: dilationē nō patitur

ultionis:ſed cõtinuo vindex adeſt diuinitus dextera.ſicut hiſtoria in apłorū actibus conſcripta nos edocet.¶Cū inquit ceſareā deſcendiſſet herodes:⁊ in die ſolēni preclara veſte regia indutus ꝓ tribunali conſediſſet ac de ſublimi cõcionaretur ad populū.cūqꝫ populus acclamaret ei dei voces et non hominis:ſtatim inquit percuſſit eum angelus domini:eo ꝙ nō dederit gloriā deo.Et ſcatens vermibus expirauit.

B ¶Miraculo aũt dignum eſt tantā cõſonantiā ſcripturarū diuinarum cū hiſtoriographo gentis illius deprehendi: ipſe etenim ioſephus de eiſdē cõmemorās in nonodecimo libro antiqtatū hiis q̄bus infraſcriptum eſt.hec ſermonib⁹ refert.¶Tertiū inquit annū imperij toti⁹ iudee expleuerat:cuꝫ forte ceſareā q̄ prius pyrgoſtratonis vocabatur aduenit. Ubi cū in honorē ceſaris ſpectacula ciuibus ederet votiuo vt videbatur ſalutis ceſaris die. Cumqꝫ illuc totius prouincie viri honore et facultatibus ꝓditi cõueniſſent:ſcdo ſpectaculorꝫ die indutus veſte fulgenti:ex auro argētoqꝫ mirabiliter cõtexta incipiente die procedit ad theatrū vbi cum primos ſolis radios argentee veſtis gremio ſuſcepiſſet:repercuſſo ſplēdore:duplicatā ſpectantibus lucem fulgor metalli vibrantis effudit:vt intuentibus pſtringeret aciem terroris aſpectus Et per hoc plus aliquid deleo q̄ꝫ humane nature eſt cū artifex arrogātia mētiretur,Ilico adulātis vulgi concrepant voces:honorem ſonantes: ſed exitiū ferentes.Et hinc atqꝫ illinc ab eis cõclamantibus deus cõpellatur:vtqꝫ fieret propiti⁹ ſuppliciter exorat:dicentib⁹ populis nūc vſqꝫ vt hominē te timuimus:ſed ex hoc iam ſupra humanam te eſſe naturam fatemur. Sꝫ rex acclamationē ↄtra fas habitam nō repreſſit:nec impietatē illicite adulationis exhorruit: donec reſpiciens paulopoſt iminētē atqꝫ inſiſtentē capiti ſuo videret angelū: eumqꝫ ſenſit ↄtinuo exitij ſui miniſtrū:quē prius nouerat ꝓui ſorē bonorꝫ.Et ecce repente cruciat⁹ eū ex dolore incredibili vētris atqꝫ inflatiōe corripuit.Reſpiciēſqꝫ ad amicos:en inquit ille ego de⁹ veſter:ecce ꝓpellor ⁊ cõfeſtim deturbor ex vita. Quoniāquidem diuina virtus nuper collatas i me falſas arguit voces:⁊ qui modo imortalis dicebar a vobis p̄ceps iā iamqꝫ rapior i mortem.Sed ſuſcipiēda eſt ſnīa quam deus ſtatuit.Nā ⁊ viximus haud cõtēnendū: ⁊ longeuitatem que beata putatur expleuim⁹.Et cū hoc dixiſſet vi doloris vehementius agitatus inſtāter ad palatium reportatur.¶Cūqꝫ diuulgatū eſſet eum ꝓpe diem moriturū:ingēs multitudo totius etatis ⁊ ſexus conueniens more patrio ſupra cilicia ſtrati:omnipotenti deo ꝓ regis incolumitate ſupplicabāt. Omnis aūt domus regia planctib⁹ ⁊ gemitibus perſonabat.Cū interim rex ipſe in excelſo ſolario recubās ⁊ deorſum reſpiciens:ac pronos proſtratoſqꝫ oēs cum fletibus peruidens:nec ipſe quidē temperabat a lachrymis.Uerū cõtinuis quinqꝫ diebus ventris doloribus cruciatus vitam violenter abrupit: quinquageſimuꝫ etatis ⁊ quartū agens annū:Regni vero ſeptimū.Quattuor ⁊ enim ſub gayo ceſare ānis regnauerat.Philippi tetrarchiā tribus annis obtinens:quarto aūt etiaꝫ herodis ſibi adiungens tribus reliquis annis ſub claudio ceſare exactis.¶Cum in ceteris quamplurimis ioſephum: tuꝫ in his tam integre diuine ſcripture concordare valde miratus ſum.ꝙ vero videtur in ſolo regis vocabulo variare. cuꝫ ⁊ tpe actus ⁊ res eundē oſtēdat fuiſſe.poſſibile eſt ſicut in alijs q̄ꝫplurimis iudeorꝫ noībus inuenim⁹:etiā hunc duplici vocabulo nūcupatū. Quorꝫ altero lucas nř altero vſus ſit ioſephus.Uerꝫ qm̄ rurſuꝫ lucas in actib⁹:apłorꝫ introducit gamalielū cū de apłis in iudeorꝫ ↄſeſſu deliberatio fieret hoc ipſo tpe dicentē:qꝛ ſurrexit theodas qdā dicēs ſe eſſe magnū quēdā.q deſtruct⁹ eſt.⁊ oēs q ſequebanť eū diſſoluti ſunt.Age etiam de hoc qd ioſephus i hoc eodē libro ſcripſerit ꝓferam⁹.

¶Cap.xi.de theoda qui deprauauerat populum.

Fado inquit iudeā ꝓcurāte deceptor quidā magus theodas nomine perſuadet populi multitudinē

ſublatis ꝓprijs facultatibus vrbe excedere et ripas iordanis fluminis obſidere. Dicebat autem ſe etiam ꝓphetam eſſe et poſſe verbi ſui precepto fluuij fluenta dirimere et facile ſectatoribus ſui fluminis tranſitum dare. Que cum diceret: multos decepit. Fadus vero non in longum vecordie eius indulſit. ſed emittit equitum turmā. que ex improuiſo irruēs ſuper eos: quam plurimos quidem peremit: multos tamen ⁊ viuos cepit. Ipſius autem theode caput defectum hieroſolymam reportauit.

Cap. xij. de elena regina adyabenorum.

Poſt hoc idē ſcriptor etiam de fame que ſub claudio facta eſt hoc mō memorat. Poſt idem tempus inquit fames magna obſederat etiam iudeam. Qua tempeſtate regina nomine helena multis pecunijs cōparatū frumētum de egypto ⁊ hieroſolymā delatū indigentibus miniſtrabat. Quid tā cōſonans. tāq; cōcordās q̄ hec ſunt cū illis q̄ in actib' apl'oꝝ ſcribunt' vbi dr q2 diſcipli q̄ erant anthiochie: prout potuit vnuſquiſq; miſerūt in miniſteriū ſctis habitantib' in iudea deferēdū ꝑ manus barnabe ⁊ pauli: ac ꝑ pſbyteros diſpēſandū. Helene vero cui' hiſtoriographus intulit mētionē: et nūc extat ſepulchrū nobile ꝓ portis hieroſolymorū. Regnaſſe aūt apud adabenorū gentem refertur.

Cap. xiij. de ſymone mago. A.

Interea cum fides dñi ⁊ ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i per omnium creſceret mentes: ⁊ per dies ſingulos religionis ꝓpagarentur argumenta nequaq; quieſcit hoſtis ſalutis humane: ſed vrbē maximā q̄ eſt caput oīm peruenit: ⁊ ſymonē illuc de quo in ſuperioribus diximus euocat: cui' nefarijs artibus amminicula ipē maiora ſuppeditās plurimos vrbis illi' ciues in erroris ei' vincla ɔiecit. Deſignat hec vir in ſcriptorib' nobilis non multo poſt apoſtoloꝝ tēpus exortus: iuſtin': de quo ſuis in locis quod competit aſſignabimus. Hic igit' in apologetico quē ꝓ fide noſtra ad imperatorē antonium ſcripſit: de his hoc mō refert. Et poſt aſcenſionē inquit dñi ad celū inſtigabant demones quoſdā hoīm, qui dicerēt ſe eſſe deos quos nos fugauim'. Symon deniq; quidā ſamaritanus de vico q̄ dr gytthō: ſub claudio ceſare magicis artib' ⁊ ope demonum ſubleuat' in vrbe vr̄a q̄ regnū oīm tenet: ꝗ plurimis ꝑ fantaſias deceptis: de' decret' eſt: ⁊ ſimulachri apud vos quaſi de' honore donatus eſt in flumie tyberis inter duos pontes collocati. Habet ēt titulū latinis litteris ſcriptū. Symoni deo ſancto: quē et oēs pene ſamarite: nōnulli etiam ex ceteris gentibus tanq̄ ſummū deū ⁊ adorāt ⁊ ɔfitent'. Sed ⁊ ſolenē quandā erroris ei' ac deceptionis comitē: q̄ pri' in pſtibulo ſteterat apud tyrum vrbem fenicis: cū ipſo velut primam quandam mentē conſecrauerunt. Hec quidem iuſtinus.

B Cōſona vera huic etiā hirene' ſcribit in primo aduerſus hereſes libro. In quo vel quis ipſe fuerit ſymō vel quam impura eius opa atq; doctrinā pleni' refert. Que multū eſt vt his inſeram': cū liceat volētibus ea ſcire per ſingula: ex ipſis ſupradicti hirenei libris vl' de hoc. vl' ceteris auctoribus diuerſaꝝ hereſeum: ⁊ de venenatis eoꝝ dogmatibus diligentius noſcere. Caput igit' totius prauitatis ⁊ ꝓncipium oīs hereſis a ſymone cepiſſe accepimus. Ex quo vſq; in hodiernū ſectatores ei' ſimulantes adire ſe puriſſimā chriſtianorum philoſophiā: quā vidēt apud oēs ꝓ caſtitate vite ⁊ inſtituti ſctitate mirabilē: ſupſtitiōis idoloꝝ q̄ deſerere vident': rurſuꝫ vinculis inectunt: colētes ac venerantes picturā ⁊ imaginē ſymonis: ⁊ illius quē ⁊ ſceleris ac turpitudinis extitiſſe ſociā diximꝰ ſolēnē. His incēſos odores offerunt his ſacrificia et libamia ipura delibāt. Sꝫ eoꝝ adhuc nefādiora ⁊ execrabiliora cōmittūt. Aiūt enim eſſe q̄dā apō ſe ineffabilia q̄ cū primo q̄s audierit mēte excedat ⁊ eoꝝ q̄ſi virtute ꝑculſ' velut attonit' maneat ⁊ vſq; ad dementiā veniat. Que cū ita ſint: aiūt impoſſibile eſſe. vl' ſcripture ea tradi. vel ore ac labijs proferri: hec qui audit ꝓ veneratione ita ſe habere rem credit.

¶ Potro autē vere illa huiuſcemodi ſunt q̄ ꝑ impuritate ⁊ obſcenitate ſui caſtis ⁊ pudicis auribus execrabilia ⁊ penitus horeſcenda ducant. Quidq̄d em̄ illō eſt turpe ⁊ impuꝝ qō excogitari a q̄quaꝫ pōt ſōni hoc ipuri⁹ eſſe illō tradit̄ qō inq̄natiſſime hui⁹ hereſis myſteriū tectū apō ſe ſeruari pollicentur archanū. In felicib⁹ ꝑ hec mulierculis ⁊ pctis (vt ait ap̄ls) oneratis deteſtabilr̄ illudētes. Hunc igitur taliū maloꝝ patrem ⁊ auctorem per idem tempus ſymonem ex apparitoruꝫ ſuorū numero diabolus ſuſcitans ad vrbem maximā ire compulit romaꝫ vt vbi potentiſſimis athletis dn̄i ac ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i apoſtolis in hoc ipꝫ ab eo ſubrogatis obſiſteret. Sed diuina virt⁹ et gratia in maximo precipue certamine nunq̄ deſerit ſuos. Que incēſaꝫ maligni flām̄a tota celeritate reſtinguit ⁊ oēm al titudinē deſtruit extollentē ſe aduerſum ſciāꝫ dei. Propter qō neq̄ ſymō neq̄ ali⁹ quis ꝯgreſſus tunc aduerſus apoſtolos dn̄i potuit obtinere q̄ veritatis lux ⁊ v̄bi diuini claritas que ob ſalutem hoim̄ nup obfulſerat ꝑ apoſtolos ſuos totius mēdacij diſcuſſa caligine de humāis mētibus ignorātie tenebras effugabat. Denicq̄ ſupradict⁹ magus veri luminis fulgore percuſſus cecitatem continuo male ſane mentis incurrit. Quippe qui iā pri⁹ in iudea per apoſtolum petrum de his qui gerebat ſceleribus confutatus tranſmarinam aggreſſus eſt fugam. et ab oriēte ad occidentem vſq̄ pertendit nuſq̄ ſi bi vitā niſi in fuge ſubſidio ſperans. Hic igitur vrbem romam ingreſſus vtens ad miniculo aſſiſtētis ſibi et adherentis demoniace virtutis quam paredrum vocant breui tempore intantum malorum venit precipiciuꝫ vt et iam ſimulachri a ciuibus romanis tanq̄ deus honore potiretur.

¶ Capitulum. xiiij. de predicatione apoſtoli petri apud vrbem Romam.

Ed non in longū ꝑmanet fraude q̄ſita diuinitas ꝯtinuo nāq̄ in ipſis iet claudij tēporibus clementia diuine prudentie probatiſſimum omniū apoſtoloruni ⁊ maximum fidei magnificentia et virtutis merito primorum prin cipem petrum ad vrbē romam velut aduerſum humani generis communē pernicem repugnaturuꝫ deducit ducē quēdam et magiſtrum milicie ſue ſcientem diuina prelia gerere. et virtutum caſtra ductare. Iſte aduenicns ex orientis partibus: vt celeſtis quidaꝫ negociator mercimonia diuini luminis ſi quis velit comparare paratus aduenit. et ſalutaris predicationis verbo primus in vrbe romaꝫ euangelij ſui clauibus ianuam regni celeſtis aperuit.

¶ Cap. xv. de euangelio ſm̄ marcum.

Bit cū romane vrbi clarū v̄bi dei lumen fuiſſet exortum: ſymonis q̄dem tenebre cum ſuo auctore reſticte ſunt. Sermo aūt v̄itatis ⁊ lucis q̄ ꝑ petrū p̄dicabat̄ vniuerſoꝝ mētes placido illuſtrauit auditu: ita vt q̄tidie audientib⁹ eū nulla vnq̄ ſacietas fieret vñ neq̄ auditio eis ſola ſuffecit ſed marcuꝫ diſcipulū eius oībus precibus exorāt. vt ea que verbo predicabat ad perpetuam eoꝝ cōmotionē habendam ſcripture traderet: quo domi foriſq̄ in huiuſcemodi verbi meditationib⁹ ꝑmanerēt. Nec pri⁹ ab obſecrando deſiſtūt q̄ quod orauerāt impetrarent. Et hec fuit cauſa ſcribendi quod ſm̄ marcū dicitur euangelij. Petr⁹ vero vt ꝑ ſpm̄ ſanctū religioſe ſe ſpoliatum ꝯperit furto delectatus eſt. fidē coꝝ ꝑ hec deuotionē cōſiderans: factumq̄ cōfirmauit ⁊ in perpetuum legendā ſcripturam eccleſijs tradidit. Clemens diſputationum libro. Hec ita geſta eſſe deſcribit cuiq̄ ſimule dat teſtimoniū hierapolites epiſcop⁹ nomine papias q̄ ⁊ hoc dicit ꝙ petrus in p̄ria epiſtola ſua quā d̄ vrbe roma ſcribit meminerit marci. In qua tropice romam babiloniā nominauerit cuꝫ dicit ſalutat vos ea que in babylone electa eſt eccleſia ⁊ marcus filius meus.

¶ Cap. xvj. vt prius marcus per egyptū chriſti noticiam predicauit.

Tunc aūt marcū tradunt primum ad egyptuꝫ perrexiſſe atq̄

indbi euangelium: quod ipſe conſcripſe-
rat predicaſſe: et ipſum primum eccle-
ſiam apud alexandriam ↄſtituiſſe. Tan-
ta autem refertur multitudo credentiū vi
rorum ac mulierū primo ingreſſu exēplo
ſobrietatis ei⁹ ⁊ continentie congregata:
vt etiā conuerſatio eorum qui per ipſum
crediderāt ⁊ vita totius abſtinētie ac fru
gi eorum ſobriaqꝫ conuiuia librorum me
morie mandarentur a viro diſertiſſimo fi
lone. quem ſermo tenet temporibus clau
dij imperatoris romam veniſſe ⁊ petruꝫ
apoſtolū vidiſſe atqꝫ eius adheſiſſe col-
loquijs verbum dei predicantis. Qđ val-
de eſt veriſimile qꝛ ⁊ ſcripturam iſtā quā
diximus poſterioribus ab eo temporib⁹
conſtat compoſitā eſſe. In qua euidētiſſi
me omnia eccleſie inſtituta complectitur
q̄ ⁊ tunc tradita ſunt et in hodieruum ſer
uantur a nobis. Sed et abſtinentium vi
tas eorum dumtaxat qui nunc in eccle-
ſijs ⁊ monaſterijs degunt deſcribit ad li
quidum. Unde plane manifeſtiſſime ꝓ-
ditur non ſolum ſciens que noſtra ſunt ſꝫ
⁊ amplectens. Quippe qui diuinis lau-
dibus extulit ſui temporis apoſtolicos
viros ex hebreorum quantum intelligi
datur precipue genere credentes. qm̄ q̇-
dem conſtat ꝙ hi qui ſub apoſtolis ex iſ-
raelitis credebant, Judaicis adhuc inſti
tutiōib⁹ ⁊ legis obſeruatiōib⁹ inherebāt.

¶ Cap̄. xvij. Qūa de abſtinētibus apud
egyptum filo ſcribit.

Hicigit̄ deſcri-
bēs hec in libello quem de vi
ta theorica vel ſupplicū arti
culauit nihil oino vel de pro
prio vel extrinſecus addidit. ſed prio oim
viros ipſos cultores ⁊ feminas cum ipis
ait cultrices appellari.
A Cauſaꝫ v̄o huius vocabuli vel ex eo
ductā ꝙ ↄuenientiū ad ſe aiastāqꝫ rudes
⁊ agreſtes excolerēt vel ꝙ erga dei cul-
tum pura et integra conſcientia perdu-
rarent quod nomen ſiue ipſe ipoſuit pri-
mis illis ex ipſorum actibus colligens ſi
ue vero in inicijs ita appellabantur qui
ſecundū euāgeliū viuebāt anteqꝫ chriſtia
norum appellatio per omnem locum dif
funderetur interest dūmodo ex ipſis re-
bus nomen ad quos pertineat comprobe
tur. Dixit ergo primo olm ꝙ renuncient
cunctis facultatibus ſuis q̇ ſe ad huiuſce
modi philoſophiam dederint ⁊ bonis ſuis q̇bus
intereſt credant. Cum deinde ꝙ oēs vite
ſollicitudines ꝓcul abijciant et extra vr-
bem egreſſi in ortulis vel exiguis quibuſ
qꝫ agellulis degāt: refugientes imparis
propoſiti conſortia ⁊ vite diſſimilis ↄtu-
bernia. Sciētes ipedimēto eē hec arduū
volētib⁹ iter v̄tutis incedere. Tali q̇ppe
ordie calore fidei incitati hi q̇ primit⁹ cre
debāt vitā duxiſſe memorant ſicut euidē
ter in actib⁹ apl'oꝝ legim⁹ ſcriptū ꝙ oēs
q̇ credebāt ſub apoſtolis poſſeſſiōes ſuas
⁊ p̄dia vendētes p̄cia ponebāt ante pe-
des apoſtoloꝝ ⁊ diuidebāt vnicuiqꝫ ꝓut
opus erat ita vt non eſſet quiſqꝫ in eis
egens. ¶ Quia ergo ⁊ hic ſimilia ſcribit
geri ab his qui apud alexandriam crede
bant ſicut illi qui in hieroſolymis ante
crediderāt certum eſtqꝫ idem actus ea-
demqꝫ inſtitutio; eandem ſine dubio ⁊ re
ligionis fidem deſignet. Deniqꝫ libro ip
ſi de quo ſupradiximus tale initium de-
dit. In multis eſt inquit orbis terre par-
tibus hoc genus hominum. Oportebat
nāqꝫ hui⁹ ꝑfecti boni participeꝫ fieri oēꝫ
gratiam oēmqꝫ barbariē. In egypto tm̄
maior eſt copia ꝑ ſingula queqꝫ territo-
ria precipue autē circa alexandriam. Nā
optimus quiſqꝫ ex omnibus locis velut
ad vberis patrie glebam feſtinus occur-
rit colonus. Regio quedam eſt philoſo-
phie magiſqꝫ frugib⁹ oportuna ſupra lo
cum cui Marie nomen eſt ſita. colliculis
quibuſdam molliter et clementer erecta
ad munimentum ſimulatqꝫ aeris tempe
riem commoda.
B ¶ Poſt hoc deſcriptis eorum habi
taculis vt ſe habeat ſingulorum quali-
tas ⁊ ſitus etiam de eccleſijs que apud
eos ſunt ita dicit. Eſt aūt inquit in ſingu
lis locis conſecrata orationis dom⁹ que
appellatur ſemnion vel monaſteriū. Sē-
mon autem in noſtra lingua ſignificare
poteſt honeſtorum conuenticulum. In
qđ ſecedentes inquit honeſta ⁊ caſta vi-
te miſteria celebrant nihil illuc ꝓrſus qđ
ad cibum potumqꝫ pertinet inferētes vel
ad reliqua humani corporis myſteria.

Sed tantum legis libros ⁊ volumina pro
phetarum hymnos quoqꝫ in deum ce-
teraqꝫ his ſimilia. In quorum diſciplinis
atqꝫ exercitijs inſtituti ad perfectam bea
tamqꝫ vitam ſtudijs iugibus coaleſcant.
¶ Et poſt aliquāta iterū dicit Ab ortu au
tem diei vſqꝫ ad veſperā omne eis ſpaciū
in ſtudiorum exercicijs ducitur quibus
ad diuinam philoſophiā ꝑ ſacras litte-
ras imbuunt patrum leges in allegoricā
intelligentiam deducentes. Quoniā qui
dem formas eſſe ⁊ imagines ea que in le
gis litera ſcripta ſunt opinātur latentis
intrinſecus profundi cuiuſdam diuiniqꝫ
miſterij. habent autem etiā diſputatio-
nes quaſdam ⁊ interpretationes veterū
virorum qui ⁊ auctores ipſius hereſeos
extiterunt: quos eis allegorice ac figura
lis intelligētie normā quāplurimis ſcri
ptorū ſuorū conſtat tradidiſſe monimen-
tis. Quorum illi velut itineris ſui ducū
et auctorū inſtituta pariter ⁊ ſequuntur
et morum. Hec autem dixiſſe hūc virum
certum eſt. De euangelicis atqꝫ apoſtoli
cis libris in quibus quomodo lex ⁊ ꝓphe
tia ſpiritualiter intelligi debeat edocet.
Poſt pauca rurſum etiam de eo qđ pſal-
mos faciant nouos ita ſcribit. Itaqꝫ non
ſolum ſubtilius intelligunt hymnos ve-
terum ſed ⁊ ipſi faciunt nouos in deum.
Omnibꝰ eos ⁊ metris ⁊ ſonis honeſta ſa
tis ⁊ ſuaui compage modulantes. Mul-
ta quidem ⁊ alia in eodem libro enume-
rat que a noſtris vel in eccleſia vel in mo
naſterijs exercentur. ¶ Sed ꝓperandū
nobis eſt ex omnibus dicere que eccleſia
ſticā ꝓpue continent formam: ex quibus
citius manifeſtum eſſe debeat ad eccle-
ſiam pertinere que ſcripta ſunt. Ait ergo
Continentiam vero velut fundamentū
quoddam primo in anima collocāt: ⁊ ita
demū reliquas ſuper hāc ꝯgunt edifica-
re virtutes. Cibū potumqꝫ nullus eorū
capiſſante ſolis occaſum. Uidelicet tem-
pus lucis cum philoſophie ſtudijs: curā
vero corporis cum nocte ſociantes. Nō-
nulli aūt etiā poſt triduum in cōmunio-
nem veniunt cibi. Quos ſcꝫ edatior ſtu-
diorū fames perurget. Iā vero hi qui eru
ditionibus ſapiētie ⁊ in ꝓfundiore in-
telligētia ſacrorū voluminum conſeruā
tur tanqꝫ copioſis dapibus inhiātes ex
pleri nequeūt: ⁊ cōtuendo acrius inflam
māntur: ita vt nec quarto iam nec quinto
ſed ſexto demū die non tā deſideratū qꝫ
neceſſariū corpori indulgeant cibum.
¶ Hec filonem de noſtrorū inſtitu-
tis referre quis poteſt dubitare? quod ſi
cui adhuc videtur ambiguum adhibebi
mus etiam alia eius dicta: que nulli om-
nino niſi noſtris tantummodo conueni-
re etiam infideliſſimus quiſqꝫ fatebitur.
Ait ergo. Cū viris aūt quos dicimꝰ ſunt
⁊ femine in quibus plures iam grādeue
ſunt virgines integritatē caſti corporis
non neceſſitate aliqua: ſed deuotione ſer
uantes: dum ſapientie ſtudijs ſemet ge-
ſtiunt non ſolum animo ſed et corpore cō
ſecrare: indignum ducentes libidini man
cipare vas ad capiendam ſapientiā pre
paratum: et edere mortalem partum eas
a quibus diuini verbi concubitus ſacro-
ſanctꝰ ⁊ immortalis expectatur: ex ꝗ po-
ſteritas relinquatur nequaqꝫ corruptele
mortalitatis obnoxia. Quod ſi adhuc parum
videtur iſtud audi quod poſt aliquanta
ſcribit. Tractatus autem ſacrorum in-
quit, voluminum huiuſmodi habent: vt
magis allegoricis opinionibus vtantur.
Quoniam quidem omnis lex viris iſtis
videtur animali eſſe ſimilis qđ corpus
quidem habeat ipſam litteram ⁊ ea que
ſecundum litteram deſignantur. Animā
vero occultum in litterā ſpiritualem et
inuiſibilem ſenſum: quem illi ab aucto-
ribus ſuis edocti ſublimius et nobilius
velut inſpicientes per ſpeculum contem
plantur ex ipſis etiam nominibus ad-
mirandas quaſdam ſpecies intelligentie
proferentes. Quid autem addere his
opus eſt etiam de conuentibus eorum q̄
conſcribit: ⁊ vt ſeorſum quidam viri ſeor
ſum etiam in eiſdem locis femine congre
gentur: ⁊ vt vigilias ſicut apud nos fieri
moris eſt peragant ⁊ maxime diebus il-
lis cum paſſionis dominice ſolēnitas ce
lebratur: cū in ieiunijs ꝑnoctare ⁊ lectio-
nibus ſanctis auditum prebere cōſueui-
mus. Que omnia ſupradictus vir eo or-
dine eademqꝫ conſequentia qua apud nos
geruntur expreſſit. Et vt vnus ex omni-
bus ꝯſurgēs in medio: pſalmū honeſtis

modulis concinat: vt q̄ precinenti ei vnū
verſiculum oīs multitudo reſpondeat at
q3 in ipſis dieb⁹ in terra recumbentes ſi-
cut antiqui moris fuiſſe dr: vinum quidē
nemo omnino vt ipſe ait. nec guſtu q̄dez
contingat. ſed nec quālibet carnem. Tm̄
aūt aqua ſit eis poculum: ꝛ panis cū ſale
vel iſopo cibus. Addit adhuc his quō
ſacerdotes et miniſtri exhibeant officia
ſua: vel que ſit ſupra oīa epiſcopalis api-
cis ſedes. Que cuncta ſi quis pleni⁹ vult
e exploratius dicere: oſtendimus ex quo
iſta fonte debeat haurire. In quibus ſu-
pradictus vir eccleſiaſtice inſtitutionis
initia ꝛ originem apoſtolice atq3 euange
lice traditionis intexuit. Eſt aūt idē filo
affluentiſſimus quidem. in eloq̄a in ſenſi
bus autem ꝓfundiſſimus ꝛ interpretatio
ne atq3 intelligentia diuinarum ſcriptu-
rarum ſubtiliſſimus. Copioſe inuenies
et copioſius eloquens. Multa deniq3 di-
uini nobis etiam ipſe ingenij ſui moni-
menta dereliquit.

¶ Capitulum. xviij. quanti ad nos filo-
nis peruenerint libri.

PRimo qui ꝑ or-
dinem in
geneſim ſcripſit libros
quos articulauit ſacre
legis explanatio figu-
ralis. Tum deinde et
alios continentes ſpar
ſim de diuerſis capitu
lis queſtiōes in q̄bus que requiri debeāt
et proponit ꝛ ſoluit. Quas queſtiones et
abſolutiones de geneſi et exodo articula
uit. Sunt et alij eius libri qui ſuperſcri-
buntur propoſitionum qui ſunt dei agri
cultura duo. ꝛ de temulentia duo. Sed ꝛ
alij quāplurimi extant eius libri diuer-
ſis vocabulis annotati. Sicut eſt l q̄ ſint
pro quibus mens debet orare deum ꝛ de
confuſione linguarū. De natura ꝛ inuē
tione de his congregari debeant ad eru-
diendum. Et quis ſit qui heres ſit diui-
norum que ſit equalium et inequaliū di
uiſio. Itez de tribus virtutibus quas de
ſcripſit cuz ceteris moyſes. Item de his
quorum in ſcripturis nomina commuta
ta ſunt: ꝛ quibus ex cauſis cōmutata ſint
In quib⁹ refert ſcripſiſſe etiam de teſta-
mentis primū et ſecundum. Eſt autem e
alius eius liber de captiuitate: ꝛ de vita
ſapientis: eius qui ſcd̄m iuſtitiam perfe-
ctam et leges naturales conſummat⁹ eſt
De gigantibus de eo ꝙ incōuertibile ſit
quod diuinū eſt. De moyſi vita. libro. v.
De eo ꝙ a deo ſint ſomnia. Hec pene oīa
in geneſi ſcripſit. Sed et in exodum que-
ſtionum et abſolutionum libri. v. De ta-
bernaculo. De decez verbis legis. de his
que inferuntur ſub ſpecie decalogi. Et de
aīalib⁹ que ſacrificijs deputata ſunt. Et
que ſunt ſpecies ſacrificiorum. Que ſunt
propoſita in lege bonis premia. et malis
maledicta. Tuz preterea ſingulares ei⁹
libri. De prouidentia. De iudeis apolo-
geticus liber hoc eſt de vita vrbana ꝛ ad
alexandrum dicentem rationem habere
muta animalia. De eo ꝙ ſeruus ſit om̄is
q̄ peccat. Itē alius de eo ꝙ liber ſit oīs q̄
bonis ſtudijs opa prebet. De vita theo-
rica vel ſupplicum in quo ꝛ de apoſtoli-
cis viris eſſe que ſcripta ſunt ſupra edo-
cuimus. Sz et interꝑtationes nominum
hebraicorum que ſunt in lege ꝛ ꝓphetis.
B ¶ Hic temporibus gaij imperatoris
romam profectus cum de impietate atq3
impuritate gaij quaz plurima ſcripſiſſet
q̄ per hyroniā de virtutibus articulauit:
et ea ſenatui recitaſſet tanta dr admira-
tiōe habitus vt in bibliotheca digna ei⁹
ſcripta decernerentur. ¶ Uerum ꝑ idem
tp̄s paulo apoſtolo ad hierl'z in circuitu
et vſq3 ad illiricū ꝑdicationez verbi dn̄i-
ci miniſtrante. Claudius imperator iu-
deos vrbe depellit. Tūc aquila ꝛ priſca
cum ceteris iudeis expulſi aſiaz veniūt:
ibiq3 coherent apl'orum primum eccleſie
inibi fundamenta iacienti: ſicut edocet li
ber de actibus apoſtolorum conſcriptus.

¶ Capitulum. xix. cuiuſmodi clade com-
preſſerint iudeos ipſo die paſchali.

CLaudio vero
adhuc in imperio perduran
te in ipſa ſolennitate paſche
tanta iudeis perturbatio et
vaſtitas hieroſolymis accidit ex ſeditio-
ne commota vt illi ſoli q̄ in foribus tem-
pli conſtipatione populi necati ſunt tria
milia iudeorum numerarentur: ꝛ cōuer-

ſus eſt dies feſtus eorum in luctū. Sed ⁊ alia ꝗ̄plurima iudeis mala irrogata ioſephus per hec verba deſignat.

¶ Capitulū. xx. qualia etiam ſub nerone hieroſolymis geſta ſunt.

Claudius inquit agrippam filiū agrippe iudeorum regem cōſtituit. Felicem vero totius prouincie ſamarie quoq; ⁊ galilee ⁊ regionis que dr̄ transiordanem procuratorem miſit. Et poſt pauca addit etiam hoc. Inflammatur autē ⁊ ſeditio acerbiſſima a pontificibus aduerſum ſacerdotes et primos plebis hieroſolymorum: quorum ſinguli conquirentes ſibimet perditorum iuuenum et nouis rebꝰ gaudentium manū duces ſemetipſos ꝓprie factionis inſtituebant. Qui confligētes adinuicem primo conuitijs laceſſere tum deinde et ſaxis inuicē ſternere: nec quiſq; erat qui coherceret ſed agebātur omnia tanq̄ in vrbe non habentē rectorem. Igitur pontifices in tanta venere ꝓteruiam vt ſeruis ſuis ad areas miſſis inuaderent decimas que ſacerdotibꝰ debebantur. Et accidebat vt nonnulli ex minoribus ſacerdotibus quorum alimonie vi fuerant direpte inedia deperirēt. Ita ſeditionum violentia ſuis ſaſq; confundebat. Item poſt pauca ſubiungit etiā hoc. Nonnunq; autem etiam in media ciuitate occurrētes ſibi trucidabant. Precipue in diebus feſtis ſicarij plebibus admiſti occultatis pugionibus oberrantes vt quiſquis deſignatus eis cominus incideret perimebant. Et arte nefaria cum corruiſſet is quē occulto vulnere ſtrauerat. tum idem ipſi percuſſores velut indignari ſe ſimulabant aduerſus eos qui hoc in media vrbe committerent: atq; hoc mō occulta eorum facinora permanebant. et primo oīm ab his ionathas pontifex interficitur: poſt illum quam plurimi iugulantur ita vt iā ipſis mortibus eſſet grauior metus mortis: dum vnuſquiſq; quaſi in procinctu ſemper poſitꝰ per momēta ſingula ſperaret īterfici. Poſt hoc aūt interiectis qbuſdam addit etiam hoc.

¶ Cap̄. xxi. de egyptio cuius actus apoſtolorum faciunt mentionem.

Grauius vero omni hac vaſtatione afflixit iudeos egiptius quidā falſus ꝓpheta. Qui cum veniſſet ad iudeam homo magus: fidē ſibi prophete magica arte conſciuit: et continuo triginta milia virorum cōgregans ⁊ ducta̅s eos ꝑ deſertum peruenit cum ipſis in montē qui vocatur oliueti. Paratꝰ inde irruere hieroſolyme ⁊ vi ac poteſtate vrbem tenere: ſimulq; romanorū p̄ſidia ac plebē tyrannidi ſue ſubiugare fretꝰ ꝑ oīa his quos ſecū eduxerat ſatellitibus. Sed conatus eius ꝑuenit felix confeſtimq; cum armatis obuiam pgens ſecum etiā plebe reliqua conſpirante congreſſiōe facta egyptium quidem cum paucis in fugam vertit. Peremptis vero alijs etiā captis temere cepta facile reſtrinxit. Hec i ſecundo hyſtoriarum libro ioſephus refert. Opere precium tamen eſt hec que de egyptio ſcribit cum illis que in apoſtolorum actibus deſignata ſunt comparare: c. 21.
vbi ſub felice tribunus qui in hieroſolymis erat ad paulum in quē fuerat cōmota ſeditio dixit. Nonne tu es egyptius ille qui ante hos dies concitaueras pplm ⁊ eduxeras in deſertū ad quatuor milia hoīes ſicarioꝝ. Sꝫ ſufficiāt iſta d̄ felice.

¶ Capitulum. xxij. quemadmodū de iudea paulus Romam miſſus in vinculis omni culpa liberatus ſit.

Interea claudio treſdeciꝫ annis ⁊ octo menſibus romanorū imperio perfuncto nero ſuſcipit principatum. A quo feſtus mittitur in iudeam ſuccedere felici. Apud quem cauſa dicta paulus vinctus mittitur romam ariſtarco ſecum comitante (quem conſequēter in epiſtolis ſuis concaptiuum appellat). Sed [illegible] et luca qui et actus eius ceterorumq; apoſtolorū deſcribit ſed precipue pauli de quo etiam hoc in fine ſignauit ꝙ bienio in vrbe roma poſitus verbum dei ꝑdicabat nemine prohibente. Quē tamē affuiſſe ſibi et defendiſſe ſe apud neronē et rurſum profectum eſſe ad predicatiōis officium ſermo confirmat. Et poſt hoc de

nno rediſſe ad ſupradictam vrbem vbi et martyrio cõſummatus eſt: tunc cũ in vinculis poſitus ſecundam ad thimotheum ſcribebat epiſtolam. In qua et de prima ſua defenſione et de preſenti ſimul idicat paſſione. Suſcipe ergo de his ſingulis teſtimonia. In prima (inquit ipſe paulus) mea defenſione nemo michi affuit: ſʒ oẽs me dereliquerunt. non illis imputetur. Dominus enim aſtitit mihi ⁊ confortauit me vt per me predicatio compleretur: et audiant omnes gentes quia liberatus ſum de ore leonis. Manifeſtiſſime per hec deſignat: quia primo quidem vt per ipſum cepta predicatio compleretur: liberatus eſt de ore leonis. Neronem ſcʒ in leone ꝓ crudelitate ſignificans. Tum deinde in conſequentibus adicit ⁊ dicit. Liberauit me dominus de ore leonis. Preuidebat enim in ſpiritu conſummationem ſuam propter quod ⁊ dixit quia ⁊ liberat⁹ ſum de ore leonis. et iterum liberauit me dñs ab omni opere malo ⁊ ſaluum faciet in regnum ſuum celeſte. Significans per hoc ꝙ eſſet confeſtim martyrio coronandus. De quo tamen euidentius in eadeʒ epiſtola dicit ſcribens. Ego enim (inquit) iã immolor: ⁊ tempus regreſſionis mee inſtat. Hec autem dicta ſunt a nobis vt oſtẽderemus quia non eo tempore quo pauli actus in vrbe roma concluſit lucas martyrio perfunctus eſt paulus. Potuit eniʒ fieri vt in initijs adhuc lenior eſſet nero: et defenſionem pauli pro noſtro dogmate non aſpernãter acceperit. Proceſſu vero temporis cum ceteris malis aucta ſit eius etiã in apoſtolos ſeuitie rabies.

¶ Capitu. xxiij. quomodo ſit paſſus iacobus qui frater domini eſt dictus. A

Igitur iudei poſtea ꝙ paul⁹ ad ceſarem quẽ appellauerat a feſto trãſmiſſus eſt: ⁊ fruſtratas inſidias quas ei intenderant vident in iacobum fratrem domini inhumanitatẽ nequitie ſue vertũt cui epiſcopalis in hieroſolymis delata ab apoſtolis fuerat ſedes quem hoc modo adorti ſũt: productum in mediũ abnegare eum fidem chriſti coram omñi populo expetunt. At ille citra omnium opinionem voce ſatis libera et multo maiore quam vellent coram vniuerſo populo cum omni fiducia profitetur filium eſſe dei ſaluatorem et dominum noſtrum ieſum chriſtum. Tum illi non ferentes taʒ graue et tam liberum teſtimonium viri: pro eo maxime qꝺ iuſtiſſimus apud omnes habebatur ob religioſe ⁊ continẽtiſſime vite merita in necem eius vertunt fauente ſibi occaſione temporis ex morte rectoris. Contingit enim feſtum ꝑ idẽ tempus obire apud iudeam: ⁊ ſine rectore ac principe eſſe prouinciam. Nã mortis iacobi modus iam quidem ⁊ in ſuperioribus a nobis clementis ſermonibus indicatus eſt: cum de pinna templi eum precipitatum ⁊ fullonis percuſſum vecte deſcripſit. Exploratius tamen de eo egeſippus qui poſt ipſas ſtatiʒ primas apoſtolorum ſucceſſiones fuit in commentariorum ſuorum libro his verbis refert. Suſcepit inquit eccleſiam cum apoſtolis: frater domini iacobus qui ab omnib⁹ cognominatus eſt iuſtus. ab ipſis domini temporibus perdurans vſqʒ ad nos. Et multi quidem iacobi vocati ſunt: ſʒ hic ex vtero matris ſue ſanctus fuit. vinũ et ſiceram non bibit: ſed neqʒ animal mãducauit. Ferrum in caput eius nõ aſcendit: oleo non eſt perunctus balneis non eſt vſus. Huic ſoli licebat intrare in ſancta ſanctorum. Neqʒ enim laneo vtebatur indumento: ſed tantum ſindone. Solus ingrediebatur templum ⁊ iacebat ſuper genua ſua orans pro populi indulgẽtia. ita vt orando callos faceret in genib⁹ admodum cameli ſemper genua flectendo: nec vnqʒ ab oratione ceſſando. Itaqʒ pro incredibili hac continentia ⁊ ſumma iuſtitia appellatus eſt iuſtus: ⁊ obliasqꝺ eſt interpretatum monimentum populi ⁊ iuſtitia ſicut ⁊ prophete iudicarũt de eo.

B ¶ Quidam ergo de ſeptem hereſibus que erant in populo de quibus ſuperius ſcripſimus interrogabant euʒ qꝺ eſſet hoſtium ieſu. At ille dicebat hunc eſſe ſaluatorem. Ex quibus aliquanti crediderunt quia ieſus eſt chriſtus. Ille autem hereſes quas ſupradiximus nõ crediderunt neqʒ ſurrexiſſe eum. neqʒ venturum vt retribuat vnicuiqʒ ſecundum opera ſua. Qui vero crediderint per iacobũ

crediderunt. In quibus cum multi etiã
ex principibus credidiſſent: perturbatio
erat iudeorum et ſcribarum ac phariſeo-
rum dicentium nihil iam ſupereſt q̃n om-
nis populus credat in ieſum qḋ ipſe ſit
chriſtus. Conuenientes igitur ad iacobũ
dicebant ei. Oramus te vt reuoces popu
lum. quia ecce errat in ieſum putans qḋ
ipſe ſit chriſtus. Deprecamur ergo te vt
ſuadeas omnibus conuenientibus in die
paſche de ieſu. Tibi enim omnes obtem
peramus: ⁊ de te tam nos q̃ populus te
ſtimonium inferimus. quia iuſtus es et
perſonam nullius accipis. Tu ergo ſua-
de populo de ieſu ne erret: quia omnes ti
bi obedimus. Aſcende itaq; in excelſum
locum pinne templi: vt in edito poſit⁹ ap
pareas omnibus. ⁊ verba tua audiantur
a cunctis quia in die paſche conuenit nõ
ſolum iudeorum: ſed et gentilium multi-
tudo. Statuerunt igitur ſupradicti ſcri-
be et phariſei iacobum ſupra pinnam tẽ
pli: et voce magna clamantes ad eum di
cunt. Virorum iuſtiſſime cui omnes obtẽ
perare debemus. quoniam popul⁹ erat
poſt ieſum qui crucifixus eſt: enuncia no-
bis q̃ ſit hoſtium ieſu. Tum iacobus ad
eos ingenti voce reſpondit. Quid me in
terrogatis de filio hominis. Ecce ipſe ſe
det in celo a dextris ſumme virtutis ⁊ ipſe
venturus eſt in nubibus celi. Cumq; hac
reſponſione ⁊ teſtimonio iacobi multis
ſatiſfactum eſſet ⁊ libenter audiſſent que
iacobus conteſtatus eſt. ceperunt glorifi
care deum ⁊ dicere: o ſanna filio dauid.
Tunc rurſum ſcribe ⁊ phariſei ceperunt
adinuicem dicere. Malefecimus tale te-
ſtimonium preſtare de ieſu. Sed aſcẽda-
mus et precipitemus eum deorſuz: vt ce
teri terreantur et non credant ei. Simul
et voce magna clamauerunt dicentes. O
o. ⁊ iuſtus errauit. et compleuerunt ſcri-
pturam que in Eſaia ſcripta eſt dicentẽ.
Auferamus iuſtum: quoniaz inutilis no
bis eſt. Propterea fructum operum ſuo-
rum manducabunt. Aſcenderunt ergo et
precipitauerunt eum et dicebant adinui
cem. Lapidemus iacobum iuſtum. Et
ceperunt eum vrgere lapidibus. Qui de
iectus non ſolum mori non potuit. ſ; con
uerſus ſuper genua ſua procumbens di-
cebat. Rogo te domine deus pater remit
te eis peccatum non enim ſciunt quid fa
ciunt. Cumq; euz talia orantem deſuper
lapidibus vrgerent vnus ex ſacerdoti-
bus de filijs rechab: filij rechabin (de q̇-
bus proteſtatur Hieremias propheta)
exclamauit dicens. Parcite queſo quid
facitis. Pro vobis orat iuſtus hic quem
lapidatis. Tunc vnus ex ipſis fullo are-
pto fuſte: in quo res exprimere ſolent: ce
rebro eius illiſit. Et tali martyrio con-
ſummatus eſt ac ſepultus in eodem lo-
co prope templum. hic eſt qui extitit ve-
ritatis teſtis iudeis et gentibus: quia ie
ſus eſt chriſtus.

C ❡ Et non multo poſt opugnatio con
ſecuta eſt veſpaſiani. Hec latius qui-
dem ſed conſonanter clementi. Etiã ege
ſippus retulit qḋ ita mirus quidem. et
apud omnes homines opinatiſſimus in
obſeruatione totius iuſtitie iacobus ha
bebatur: vt et iudeorum prudentes qui-
q; crederent hanc eſſe cauſam ſtatim con
ſecute oppugnationis hieroſolymorum
qḋ in illum celeratas iniecerint manus.
Et ioſephus ita ſibi videri euidenter in-
dicat per hec. Que omnia inquit accide
runt iudeis pro vindicta iacobi iuſti qui
erat frater ieſu qui dicitur chriſtus.
Quem iuſtiſſimum ⁊ piiſſimum omnium
confeſſione virum iudei interfecerunt:
Idemq; etiam mortem eius in viceſimo
antiquitatum libro his verbis deſignat
Mittit autem ceſar albinum iudee pre-
fectum. Feſti morte comperta. Ananias
autem iunior quem pontificatum ſuſce-
piſſe ſupradiximus proteruus admodũ
et inſolens moribus hereſim defende-
bat ſaduceorum qui in iudicijs crudelio-
res ceteris iudeis videntur ſicut iam ſu-
pra oſtendimus. Hic inſolentie ſue tem-
pus datum credens: ex morte feſti con-
feſſum iudicium conuocat et introducit
in medium fratrem ieſu qui dicitur chri-
ſtus Iacobum nomine: et alios q̃plurí-
mos quos velut contra legem gerere in
cuſans tradidit lapidandos. ❡ Quod
facin⁹ ſi quis ex ciuibus modeſtior fuit ⁊
equi ac legis obſeruãtior grauiſſime tu-
lit. Qui etiam occulte legationez ad ceſa
rem mittunt orantes euz ſcribere ananie

ne hoc agat: q nec priꝰ huiuſcemodi fa-
cinora recte commiſerit. Quidam autē
ex ipſis etiam albino occurrūt de alexan
dria ad ipſos iter agēti atq; edocēt q nō
licuerit ananie ſe incōſulto cōſeſſum iu-
dicum conuocare. At ille cōmotꝰ ex his
q̄ dicta ſunt cum indignatione ſcribit ad
ananiā cōminatus ablatū ſe ab eo iudi-
candi poteſtatē qua non recte vtebatur.
Quia ⁊ agrippa rex eū ſolis tribus men
ſibus functum hoc honore priuauerit: et
ieſum dāni filium in locum eius ſubroga
uerit. Hactenꝰ etiam de iacob. Cuius il-
la habetur epiſtola q̄ prima ſcribitur inter
eas q̄ canonice appellant. Sciendum ta
men eſt q a nōnullis non recipiatur: nec
facile quis antiquoꝝ meminerit eius: ſi-
cut nec illius quidem que dicitur Jude q̄
et ipſa eſt vna de ſeptem. Nos tamen ſci
mus etiam iſtas cum ceteris ab omnibꝰ
pene eccleſijs recipi.

¶ Capit. xxiiij. q poſt marcum primum
epſ alexādrine eccl'ie ordinatꝰ ſit anianꝰ

IGitur nero-
nis primo imperij anno
poſt marcum euangeliſtā
eccleſie apud alexādriam
Anianus ſacerdotium ſu-
ſcepit. Sed nero regni ſibi poteſtate con
ualeſcente poſt multa q̄ animo ꝯceperat
nefaria et impura flagitia ad ipſā quoq;
iam diuinitatis tendebat iniuriam. Lon-
gum eſt et noſtro operi inconueniens ꝑ-
bra eiꝰ flagitiaq; deſcribere: maxime cū
multi de his plenius ſcripſerint. Ex quo
rum libris ſiquis dedecoroſam eius vi-
tam atq; omnibus ſceleribꝰ obnoxiā ſci-
re vult faciliꝰ poteſt. In quibus eum in-
ueniet intātū ſceleris eſſe ꝓgreſſum vt
ne ꝓprijs quidē ac domeſticis tēperaue
rit. Sed ⁊ in matrē ⁊ in fratres ⁊ in vxores
atq; in oēs ſanguinis ꝓximos: et parici
da extiterit ⁊ inceſtus. His igit̄ olbus de
erat vt ipſe primus ex imperatoribꝰ ro-
manis etiā in ipſum deū impietatꝭ arma
ꝯuerteret. Sicut tertuliānꝰ vir ſcriptorū
nobiliſſimus refert dicens. Cōſulite con
mētarios veſtros: illic reperietꝭ primū
quoq; neronē in hāc ſectā maxime ro
me orientē ceſareno gladio ferocē fuiſſe.
Et tali dedicatore damnationis noſtre
etiam gloriamur. Qui enī ſcit illū intelli
gere pōt nō niſi grāde aliquod bonum a
nerone dānatum. Tēptauerat ⁊ domicia
nus portio neronis de crudelitate: ſꝫ qua
ſi homo facile ceptum repreſſit reſtitutis
etiā quos relegauerat. Tales nobis ſem
per fuere inſecutores: iniuſti: impij: tur-
pes: quos ⁊ ipſi dānare cōſueuiſtis: ⁊ a q̄-
bus dānatos reſtituere ſoliti eſtis. Hec
tertulianus.

¶ Cap. xxv. de pſecutione neronis ſub
q̄ paulꝰ ac petrꝰ pia ꝯfeſſione paſſi ſunt.

IGitur nero vt aper-
tum ſe hoſtem diuinitatꝭ pie
tatiſq; pfeſſus eſt: ipſoꝝ priꝰ
apoſtolorum: quippe qui du
ces ⁊ ſigniferi erāt in populo dei: expetit
neces. Et paulum quidem capite in ipſa
vrbe roma: petrum vero crucis patibulo
condemnat. Horum teſtimonium querere
extrinſecus ſuperfluum puto cum rem
geſtam inſignia vſq; in hodiernum: et
ſplēdidiſſima eorū monumēta teſtētur.
Uerumtamē ſcribit de his etiam gayus
quidam ſcriptor antiquꝰ. Qui cum ze-
pherino epiſcopo romano aduerſum ꝓ-
culum quendam catafrigam diſputans
hec de apoſtolorum commemorat locis.
Ego inquit habeo trophea apoſtoloꝝ
que oſtendam. Si enim procedas via re
gali que ad vaticanum ducit aut via ho
ſtienſi: inuenies trophea dextra: quibus
ex vtraq; parte ſtatutis romana commu
nitur eccleſia: q autem eodē tempore am
bo paſſi ſunt q corinthiorum epiſcopus
dyoniſius: cum in vrbe poſitus eſſet ⁊ de
ſcripturis diſputaret hoc dicit. Sed et
vos habentes commonitionem a petro
et paulo plantationem romane ⁊ corin-
thiorum eccleſie coniunxiſtis. Ambo et-
enim ſimul aduentantes et in noſtra co-
rinthioꝝ eccleſia docuerunt: et per om-
nem italiam: atq; in hac vrbe ſimul docē
tes: etiam martyrio pariter vno eodēq;
tempore coronati ſunt. Hec autem retu-
limus: vt hyſtoria que in opinione om-
nium eſt confirmatior habeatur. Joſe-
phus autem ſcribens quante clades iu-
deorum gentem peruaſerint: ⁊ vt eoꝝ va

ſtitas

ſtitas ꝑpagata ſit addit.etiam hec.

¶ Capitulu3.xxvi.vt innumeris iudei malis afflicti ſunt ⁊ nouiſſime cōtra romanos arma mouerunt.

Verū ad innumera mala q̄ iudeis acciderāt:addit etiam hoc q̃d Florus q̄ p ide3 tp̄s iudee ꝓcurationē tenebat.honorabiles quoſq̄ viros flagris verberare:⁊ in ipſa vrbe ſacratiſſima hieruſalē patibulo ſuffigeret.eo tempe quo pturbari iudeoꝝ ſtatum nouarum reru3 molitiōib⁹ accidit duodecimo ſc3 anno imperij neronis. Sed et per omnem ſyriam in ſeditioſos iudeoꝝ atrociſſimam; refert exercitatam eſſe ſeuitiam:ita vt etiam illi q̄ per vrbes ſingulas admixti gentib⁹ cōmanebāt:in hoſtiū numero deputarentur.Et videres īquit repletas inhumatis corporibus ciuitates:iacentes mortuos ſimul cu3 paruulis ſenes. Feminarūq̄ abſq̄ vlla ſexus reuerētia nudata i publico reiectaq̄ cadauera atq̄ vniuerſam ꝓuinciam innumeris malis refertam. Sed tamen ta3 diro hoc et tā atroci ſpectaculo multo grauius eos futuroꝝ ⁊ p dies augentium malorū metus et formido terrebat. Hec ad verbum ioſephus refert. Uerum de iudeis iſta ſufficiant.

¶ Explicit liber ſecundus.

¶ Incipit liber tertius.

¶ Capitu.j.in quib⁹ locis apoſtoli chriſtum predicauerunt.

Igit iudei debitis cladibus perurgebant. Sancti vero apoſtoli dn̄i et ſaluatoris nr̄i: ceteriq̄ diſcipuli ad ꝑdicandū verbum dei p ſingulas quaſq̄ orbis terre ꝓuincias dimittuntur Thomas(ſicut nobis traditum eſt)ſortitus eſt Parthos Mathe⁹ ethiopiam. Bartholomeus Indiā3 citeriorem. Andreas Scithiam. Johannes Aſiam. Unde ⁊ apud epheſum:et commoratus eſt ⁊ defunctus. Petrus pontū:galatiam:bithiniam:cappadociam:ceteraſq̄ confines ꝓuincias. Iudeis dūtaxat predicans circuiſſe deprehendit:et ad vltimū in vrbe roma cōmoratus:vbi crucifixus eſt deorſu3 capite demerſo.quod ipſe ita fieri deprecatus eſt:ne exequari domino videretur. De paulo autem quid dicam qui ab hieruſalē vſq̄ ad Illiricum repleuit euangelium chriſti:et ad vltimum ſub nerone martyrium duxit. Hec ita per ordinem in tertio li. explanationu3 geneſis:origenes exponit.

¶ Capitulum.ij.de epiſtolis ⁊ ſcripturis apoſtolorum. A

Verū petrus apoſtolicis ꝑdicationis ſue monimenta nobis p pauca dereliquit. Una etenim eius epiſtola eſt:de qua nullus omnino dubitauit. Nā de ſecunda multis incertum eſt. Apud plurimos tn̄ etiā ipſa legenda ſuſcipit. Ille vero libellus qui dr̄ actus petri ⁊ quod nōīe eius euangelium nuncupatur:ſed ⁊ qui dr̄ eius ꝑdicatio vel reuelatio in ſcripturis prorſus canonicis non habet. Sed ne aliq̄s quidē ſcriptorum veterū:vti eoꝝ teſtimonijs inuenit. Uerū ꝓcedente nobis hyſtorie narratione p opportunitatē locorū cū ſcriptores eccleſiaſticos memorabimus:neceſſario etiā ſcripturarum libros qui in auctoritate eſſe debeāt:et quoꝝ minus ſequēda ſit auctoritas exponemus. Interim petri vt diximꝰ prima epiſtola ab omnib⁹ veterib⁹ eſt recepta. pauli quoq̄ manifeſte .xiiij. ſunt epiſtole q̄ in auctoritate habentur lic3 ſciamꝰ apud latinos de ep̄la que apud hebreos ſcribitur haberi dubitationē. Sed de ipſa quid vnuſquiſq̄ veterum ſcriptorū ſenſerit in tp̄e ſuo pferemus. Et libellus Herme qui appellat Paſtoris:cuius paulus in ep̄lis ſuis meminit a plurimis non eſt receptus. Ab alijs autem neceſſari⁹ iudicatus eſt ꝑpter eos qui primis ad fidem inſtitutionibus imbuunt. Un̄ ⁊ in nōnullis ec

cleſijs legit͛ ⁊ multi veterū ſcriptoꝝ vſi
ſunt teſtimonijs eiꝰ. hec interim nobis
p̄miſſa ſint de diuinoꝝ libroꝝ fide quā
mox ēt veteꝝ ↄſtipulatiōe firmabimꝰ.
B ¶ Paulus aūt q͛ ab hieruſalē vſ
q͛ ad illiricū gentibꝰ euangeliū p̄dica-
uerit: ex ipſiꝰ vocibus cōprobat͛: ⁊ ex ijs
que lucas in actibꝰ apl'oꝝ ſcribit. Sed
⁊ petrus in q̇bus etiam ipſe ꝓuincijs
ijs qui ex circunciſione ſunt p̄dicauerit
xp̄m ꝓprijs vocibꝰ in epiſtola quā ipſiꝰ
abſq͛ ambiguitate claruit eē deſignat:
in qua ad eos qui in diſpſione ſunt
ſcribit ſine dubio hebreos. Ipſi etenim
diſpſi dicunt͛: tanq͛ ꝓprijs ſedibꝰ pulſi
⁊ poſiti in diſpſione vt ait ipe: ponti: ga
lacie: cappadocie: ⁊ aſie ac bithinie. Ex
q̇bus ſi q̇s ↄſtātes in fide et emulato-
res verbi dei reperti ſunt: etiā regēdas
eccleſias quas apoſtoli fundauerāt ſu
ſceperūt. Quoꝝ noīa non eſt facile ex-
plicare per ſingulos. Ex apoſtoli tn̄ ſer
monibus colligere poſſumꝰ ꝑmultos
eē q̇s ille nunc adiutores nunc ↄmilito
nes: nūc etiā ↄcaptiuos: ⁊ cōlaborātes
in euāgelio ⁊ comites nominat. Sed ⁊
lucas in actibꝰ apoſtolorum plurimos
eiꝰ ſocios memorat ⁊ participes predi
cationis: ſicut timothei meminit ⁊ titi.
Quorū alter in epheſo epiſcopꝰ: alter
ordinādis apud Cretam eccleſijs ab eo
preficitur. Ipſe autem Lucas gn̄e q̇dē
anthiocenus arte medicus comes ve-
ro pauli: et ceteroꝝ apoſtoloꝝ ſocius
et neceſſarius fuit. Is ergo ſc̄dm hanc
medicinā quam ex apoſtolorum ſocie-
tate vel traditione ſuſceperat: duos no
bis medicinales libros: quibus non cor
pora ſꝫ anime curentur explicuit. Euā
geliū ſcꝫ: in quo etiā ſic prefatur. Sicut
tradiderūt nobis inquit hi q̇ ab initio
ipſi viderūt ⁊ miniſtri fuerūt verbi dei
quos et ab initio ſecutus ſum. Et actꝰ
apoſtoloꝝ quos non iam auditu perce
perat ſꝫ oculis inſpexerat. Tradūt au-
tem q͛ euāgeliū ſuū ex pauli ore deſcri
pſerit: ⁊ ipſum ſit quod apoſtolus ſuum
euangeliū ſoleat nominare cum dicit ſe
cundum euangelium meum ſicut ⁊ mar
cus que ex ore petri fuerant predicat ⁊
conſcripſit. Memoratur autem ex comi
tibꝰ pauli: creſcens quidam ad gallias
eſſe ꝓfectus Linus vero ⁊ clemens in
vrbe roma eccleſie prefuiſſe in q̇ comi-
tes ⁊ adiutores eius fuiſſe ab ipſo pau
lo perhibentur. Sed ⁊ dyonyſium ario
pagitā apud athenas quē lucas deſcri
bit primum paulo predicante credidiſ
ſe inter ſocios eiꝰ fuiſſe: ⁊ eccleſie athe
nienſium conſtat ſacerdotium ſuſcepiſ
ſe. Sed nunc interim ad hyſtorie ordi-
nem redeamus.

¶ Cap. iij. de ſucceſſionibus apoſto
li pauli. A

IGitur poſt Neronem q̇ trede
cim annis obſedit roma
ni culminis principatū:
galba ⁊ octo anno: et ſex
menſibus detento prin-
cipatu defuncti veſpaſiano regni gu-
bernacula derelinquūt: poſito per idem
tempus in ꝓcinctu belli qđ iudeis intē
derat. Ubi ab ipſo exercitu cū quo ↄop-
pugnabat iudeā: ſubrogatur imperio.
Iſq͛ confeſtim romam tēdēs: tito filio
ſuo curam belli ⁊ hieroſolymoꝝ oppu
gnationis iniungit. Uerū poſt aſcenſio
nē dn̄i et ſaluatoris noſtri: iudei vel in
ipm commiſſi piaculi: vel perſecutionis
in apoſtolos: et necis in ſtephanum: ſꝫ
⁊ obtruncationis in apoſtolum iacobū
in iacobū nihilominus fratrem dn̄i (qui
appellabatur iuſtus) ſceleris admiſi:
ceterorūq͛ oim quos propter fidē chri
ſti inſidijs dolis atq͛ omnium fraudeſ neq̇
tie circūuenerāt pro his inquam omni
bus malis: penas diuinitus repoſce-
bantur. Et apoſtoli quidem ab illis
prius fugati ac per omnem locum diſ-
perſi ſicut ſupradiximꝰ: ꝑgebant in vir
tute xp̄i: qui eis p̄ceperat dicēs Eūtes
baptizate omnes gētes in noīe meo.
B Eccleſia ꝟo que in hieroſolymis
fuerat ↄgregata reſpōſo a deo accepto
emigrare iubet͛ ⁊ tranſire ad oppidum
quoddā, Pellam noīe tranſiordanē: quo
ablatis ex vrbe ſanctis ⁊ iuſtis viris vin
dicte celeſtis fieret locꝰ tam de vrbe ſa
crilega q͛ de populo impio ꝓ excidium
patrie euerſioneq͛ ſumende. Quantis
ergo malis gens tunc vniuerſa mulcta

ta ſit:atq; ipſa iudee terra:bello:fame: igni:cedibuſq; vaſtata ſit:quanta populoꝝ milia:patres ſimul cū coniugibus ac paruulis ⁊ liberis:abſq; numero abſq; diſcretiōe trucidati ſint:q̄ etiā diuerſaꝝ vrbiū obſidiones:ſed et ipſi⁹ magnifice ⁊ famoſiſſime ciuitatis hieruſalem quanta vaſtitas:et q̄ta fuerit diuerſaꝝ moꝛtuū ſtrages:q̄ſue p hec ſingula belloꝛum extiterit modus:⁊ vt ſcdm id quod ꝓphete predixerant:abhominatio deſolatiōis in ipo quondā dei famoſiſſimo collocata ſit templo: vtq; ad vltimū cuncta ignis populat⁹ ſit:et flamma cōſumpſerit ſi quis plenius noſſe vult hyſtoꝛias ioſephi relegat. Nos vero ex his ea tantū que ad explanationē ſuſcepti operis ſufficiāt aſſumem⁹:⁊ in quibus refert:q̄d ex omni iudea populi in die ſolenni paſche: hieroſolymam vero exitiali quadā manu cogente cōuenerant. Quos tricies centena milia hominū dicit fuiſſe. Iuſto ſcilicet dei iudicio:tēpoꝛe hoc vltionis electo:vt qui in diebus paſche ſaluatoꝛem ſuum et ſalutare chꝛiſtum domini cruentis manibus ⁊ ſacrilegis vocibus violauerant:in ipſis dieb⁹ velut in vnū carcerem omnis multitudo concluſa:feralis pene exitium quod merebatur exciperet. Preterido q̄ in eis vel gladij cede vel alijs belli machinis collata ſunt explicare:ea tātūmodo q̄ dire famis exitio pertulerunt:ſupꝛadicti hyſtoꝛiographi ſermonibus pꝛoferam quo legentes hec intelligant quantū piaculi ſit audere aliquid in xp̄m et q̄ grauib⁹ hac cauſa ſupplicijs expient.

¶ Cap.iiij.de iudeoꝝ grādi oppugnatione ſtrage ⁊ fame qua oppꝛeſſi ſunt.

Ac itaq; quitus ioſephi hyſtoꝛiarū liber ponat i medio. Ex quo ois eoꝝ luctuoſa tragedia noſcat. Diuitibus aūt ꝑmanere inq̄t aut perire:vnū atq; idem erat. Si eni in vrbe permanſiſſent facultatum ſuarum cauſa:crimine obiectoꝝ quaſi qui de tranſfugiendo cogitarēt:perimebātur. Neceſſitas vero famis:factioſoꝛū extollebat arrogantiam:⁊ vtrumq; ſimul inedia cum temeritate creſcebat. Publice quidem frumentū nuſq; omnino erat. Sz irruentes vrbis pꝛedones perſcrutabantur domos:⁊ ſi quid inueniſſent:tanq̄ de ijs qui fefellerant penas ſumebāt. Si vero non inueniſſent: nihilominus tanq̄ eos qui occultius diligentius abſconderint: cruciabant. Indiciū vero haberi ab eis pabula capiebant hoc ipſo q̄ adhuc viuere ⁊ ſubſiſtere coꝛpoꝛibus videbantur:tanq̄ q̄ ꝑfecto iā tegerent cibos. Si quos ſane tabeſcentes macie vidiſſent:hos cum venia pꝛeteribant ſuperfluū putantes perimere:quos paulopoſt abſumeret fames. Multi tamen in occultis omni ſcē ſu ſuo mercati ſunt vnum metrum. Si diuites:frumēti:oꝛdei:ſi inferioꝛes fuerunt. Et cōcludentes ſe interioꝛib⁹ quibuſq; penetrabilib⁹ domus. Nonnulli nec in panes cōfectas fruges edebāt alij vero inquantum vel neceſſitas vel metus permitteret:excoquebant. Et menſam quidē nullus expectabat apponi:ſed ex ipſo ſemi uſta igni rapientes ꝓpꝛia velut furtiua deuoꝛant. Et erat infelicis ipſius ſibi ſpectaculū miſerabile. Cū validioꝛes quiq; inuenta diripērēt. Imbecilioꝛibus vero nihil p̄ter luctum ſupererat ⁊ lachꝛymas. Et oim licet acerbitates rerum ſuperaret fames:nihil tamē ita ſubruit ⁊ ſubuertit:ſicut verecundia. Quicquid eni ſalvis rebus pudoꝛe dignum eſt id in hac neceſſitate cōtemnit. Deniq; ⁊ vxoꝛes de viroꝛū manib⁹ ⁊ filij de parentū. Et quod eſt infelicius matres cibos de paruuloꝛum ſuoꝛū manibus atq; oꝛe rapiebant. Et cum dulciſſimi liberi in manibus atq; ante oꝛa poſiti tabeſcerent: exigua vite ſubſidia dentibus ipſis eximere nemo parcebat. Uerū nec ipſos quidem infelices:et perexiguos ſumentes latebant cibos. ſed continuo aderat pꝛedonū quis:⁊ ſtatim vt clauſas cuiuſpiam conſpexiſſent foꝛes inditum credebant hoc eſſe q̄ intrinſec⁹ poſiti ederent. Et repente deſpiciatis foꝛibus pꝛecipites irruebāt:atq; ab ipſis vt

ita dicam faucibus exprimentes: ſi q̄d
forte ſumptum iam fuerat; reuocabant.
Uerberabantur ſenes ſi cibuꝫ vendica-
re temptaſſent. Sparſis etiaꝫ crinibus
mulieres trahebantur: occultare niten-
tes: ſi quid forte deprehenſuꝫ fuiſſet in
manibus. Nulla ſenibus pro canicie re
uerentia nulla erga paruulos miſera-
tio. Sꝫ in exiguo panis fragmēto par-
uulos inherentes ex ipſo cui inheſerāt
ſuſpenſos elidebant in terrā. In euꝫ ve
ro qui raptores cibo preueniſſet aſſum
pto: crudelius ſeuiebāt. ⁊ excogitabant
dira ſupplicia: obturantes infelicibus
naturales digeſtionum meatus. Alij̄s
vero preacutas ſudes per eadem verē-
da adigētes (horreſco q̄ geſta ſunt refe-
rens) ad ꝯfeſſionē per hoc vnius panis
aut ciati; farine: miſeros perurgebant.
Nam ipſi tortores nec patiebantur fa-
mē. (Eſſet enim quodāmodo tolerabi-
lius: ſi hoc compulſi inedia facere vide
rent) ſed vt vel prepararēt ſibi impoſte
ruꝫ cibos: vel vt crudelitas exercitio cō
ualeſceret. In his etiā ſi quis forte fur-
tim per ſtationes hoſtium pro colligen
dis herbis eripiſſent: occurrentes eis q̄
hoſtium manus effugiſſe gauderent di
ripiebant quicquid attulerant. Suppli
cantibus aūt ⁊ terribile quoddā ſibi no
men dei inuocantibus vt vel partē ali-
quā ex ij̄s que cū mortis periculo q̄ſie
rant indulgerent: nihil prorſus ꝓbebāt:
ſed hoc beneficij loco ceſſerat: ſi compre
henſum viuum licuiſſet euadere.

B ¶ His aūt poſt aliquanta adiun-
git dicens. Iudeis vero cū egreſſu vr-
bis omnis pariter ſpes excludebať ſa-
lutis: et inualeſcens acerbitas famis:
domos ſimul ⁊ familias gentemqꝫ va-
ſtabat. ita vt in ſpe[illegible]ibꝰ ſtrata iace-
rent mulierum paruulorūqꝫ cadauera.
Per plateas vero infeliciū ſenū corpora
fame magiſqꝫ etate ꝯſumpta. Iuuenes
vero atqꝫ omnis etas robuſtior: velut
ſimulachra quedaꝫ in vij̄s ⁊ egreſſibus
oberrabant corruentes quocunqꝫ loci
greſſum ſubruiſſet inedia. Sepelire au
tem cadauera proximorum: nec defun-
ctorum multitudo: nec virium debili-
tas permittebat: ſimul et pro ſue vnuſ-
quiſqꝫ vite incerto. Deniqꝫ aliquanti ſu
pra eos quos ſepeliebant animas emi-
ſere. Multi etiam dum proſequunť fu-
nera priuſqꝫ ad ſepulchrum veniretur
efflabant. Sed nec plāctus ex more de-
functis exhibebatur aut luctus q2 hoc
ſibi totum vendicauerat fames. Sꝫ nec
aridis medijs humorem cuiquam reli-
querat lachrymarum. Obſederant ciui
tatem profunda ſilentia: et nox plena
mortis cūcta cōtexerat. Quibus malis
omnibus grauiores ſoli vigebant pre-
dones: qui nec ſepulchra quidem diri-
pere et ſpoliare cadauera, illicitum du
cebant. Non tam predam petentes q̄
ſcelus irriſione cumulantes: et aciem
gladiorum ſuorum in cadauerum ob-
truncatione probantes. Interdum etiā
in nōnullos adhuc ſpirātes mucro exa-
minandus agebatur: quod alij ſemi-
neces cum viderent: ſupplices dexteras
extendebant vt in ſe quoqꝫ beneficij lo-
co conuerterent ſcelus quo ſcilicet cru-
ciatibus famis velocius abſoluerētur.
Sed nouo crudelitatis genere: necem
quam ſponte inferebant ſi rogarentur
negabant. Cum tamen vnuſquiſqꝫ defi
cientium cum gemitu oculos retorque-
ret ad templum: non de morte propria
dolens: ſed de impunitate predonum
quos ſuperſtites derelinquebant. Et pri
mo quidē ſumptu publico ſepelire mor
tuos iuſſerant fetoris intollerantia: vt
vero omnē ſumptum cepit vincere mul
titudo morientium: de muro cadauera
precipitabant.

D ¶ At cum titus circuiens perui-
diſſet repletos mortuorum cadauerib9
vallos: et humani corporis tabe patriā
terram rigari: cum ingenti gemitu ele-
uatis ad celum manibus deuꝫ inuocat
teſtem: hoc ſuuꝫ opus non eſſe. Et poſt
aliquanta iterum talia quedam proſe-
quitur. Non cunctabor inquit proferre
quod ſentio. Arbitror enim quod etiam ſi
aduerſum impios ciues romanorum
pauliſper arma ceſſarent: aut hiatu ter-
re aut aque diluuio aut ſodomitanis
ignibus et fluminibꝰ celitus tortis ſup
plicium ciuitas dependiſſet: que muni
to in fauſtiorē illis q̄ hec perpeſſi ſunt ⁊

dequiorē virorū preſentē hanc ꝓtuliſſet
etatē: ꝓ quibus et omnis gens pariter
mereretur extingui. Sed et in ſexto li=
bro de eiſdem talia ſcribit. Et eorū in=
quit qui per totam ciuitatem famis ine
dia corrumpebantur: multitudo innu=
merabilis erat: quorū nec explicari mi
ſeria poteſt. Per ſingulas nāq̧ domos
ſicubi fuiſſet aliquid cibi repertum: bel
la continuo ⁊ cedes inter caros ipſoſq̧
parentes ac liberos naſcebantur dum
non ſolum e manibus: ſed ex ipſis etiā
faucibus inuicem cibum rapere certa=
bant. Fides autem nec mortuis erat.
Sed et ipſi cum iam ſpiritum exalarēt
perſcrutabantur a predonibus ne cui
forte intra gremium cibi aliquid rece=
diſſet. Alij autem per inediā hiātes ve=
lut rabidi canes huc atq̧ illuc fereban=
tur: et quaſi inſania quadā exagitati in
eaſdem domos ſub momēto temporis
iterum ac ſepius irruebant. Omnia ta=
men neceſſitas vertebat in cibum etiā
illa que nec mutis quidem animalibus
edere vſus fuit. Ad vltimū ne loris qui
dem vel ſingulis aut ipſis etiam calcia
mentis abſtinuerunt. Portarum quoq̧
indumenta detrahentes: conficiēda de=
tibus ingerebant. Nonnulli et feni vete
ris feſtucas edebant. Sed ⁊ quiſquilijs
vndecunq̧ collectis paruiſſimum pon=
dus dragmis quattuor diſtrahebant.

D ¶ Sed quid opus eſt per hec pon
dus famis illius explicare cū geſtū ſit
ibi facin⁹ quod neq̧ apud grecos neq̧
apud barbaros vllus accepit auditus
horrendū quidē dictu auditu vero icre
dibile. Equidem libenter tam imane fa
cinus ſiluiſſē ne quis me crederet mō=
ſtruoſa narrare: niſi multos memorie
noſtre viros tc cōmiſſi ſceleris habuiſ=
ſem. Porro vero nec aliqd in patrie pre=
ſtare me arbitror: ſi ſuſtrahā coꝝ malo=
rū verba quoꝝ pertulit facta. Mulier
quedā ex his q̄ vltra iordanis alueū cō
manebāt maria noīe eleazari filia de vi
co bethezob qd interpretatur domus
yſopi genere ⁊ facultatib⁹ nobilis cum
reliqua multitudine q̄ cōfluxerat hiero
ſolymis reperta cōem cum oībus obſi=
dionis caſum ferebat. Huius reliquias
quidē facultates quas e domo in vrbē
cōuexerat tyrāni inuaſere. Si quid vero
reliquiaꝝ ex magnis opib⁹ fuerat qui=
bus victum quotidianū pertenuē duce
ret irruentes per momenta predonum
ſatellites rapiebant. Pro quibus ingēs
mulierē velut inſana iam quedā ex indi
gnatione fatigabat: ita vt interdū pre=
dones maledictis necem ſui ⁊ cōuicijs in=
ſtigaret. Verū neq̧ irritat⁹ quiſq̧ neq̧
miſeratus eā perimeret ⁊ ſi quid forte
cibi fuiſſet ab ea queſitum ab alijs quere
retur nec iam vſq̧ reperiendi copia fie
ret. Fames autem dira viſceribus ipſis
inſiſteret ac medullis: ⁊ ad furorem iam
perurgeret inedia fame ⁊ ira peſſimis
vſa conſultorib⁹ contra ipſa iam armat
iura nature. Erat namq̧ ei ſub vberib⁹
paruulus filius. Hunc ante oculos fe=
rens infelicis inquit matris o infelicior
fili in bello fame et direptione predonū
cui te ſeruabo. Nā ⁊ ſi vita ſperari poſ=
ſit iugo romane ſeruitutis vrgemur. ſ;
nunc ⁊ ipſam ſeruitutē preuenit fames.
Predones vero vtraq̧ vi grauiores per=
urgerent. Veni ergo nunc o mi nate eſto
matricibus predonib⁹ furor ſeculis fa=
bula que ſola deerat cladibus iudeoꝝ.
Et hec cum dixiſſet ſimul filiū iugulat.
Tum deinde igni ſuperpoſitum torret:
et mediū quidem cōſumit: mediū vero
ſeruat obtectū. Et ecce cōfeſtim p̄dones
irruunt ob vſte carnis nidore concepto
mortem minantur: niſi ſine mora cibos
quos paratos ſenſerant demonſtraret.
Tum illa equidem partē inquit vobis
optimā reſeruaui. Et continuo que ſu=
perfuerant membra detexit infantis.
At alios repente ingēs horror inuaſit:
⁊ imanes quāuis animi diriguere vox
faucibus intercluſa eſt. Illa vero truci
vultu ⁊ ipſis iā predonibus truculētior
meus inquit hic filius meus eſt partus
⁊ facin⁹ meū eſt. Edite. Nā et ego prior
comedi quē genui. Nolite effici aut ma
tre religioſiores aut femina molliores.
Qd ſi vos pietas vincit ⁊ execramini ci
bos meos ego q̄ iam talibus paſta ſum
ego his iterū paſcar. Poſt hoc illi terri
ti tremētesq̧ diſcedūt ꝙ hūc ſolū ex oī=
bus facultatibus miſere matri relinque

rāt cibū. Repleta eſt aūt confeſtim ciuitas vniuerſa nefarij ſceleris nuncio. Et vnuſquiſq; ante oculos facin⁹ q̄ pp̄etratū fuerat adducens, tanq̄ ſi ipſe hoc perpetraſſet horrebat. oēs aūt quos famis neceſſitas perurgebat feſtinabant magis ad morte beatos dicētes eos q̄bus ꝯtigit interiſſe priuſq̄ taliū maloꝝ polluerent auditu. Hacten⁹ ioſephus.

¶ Capitulū. v. de his que a chriſto predicta ſunt.

Luitur iudeos pro his que in xp̄m cōmiſerunt piaculis talis cōſecuta eſt pena. Dignū aūt ē huic hyſtorie abhibere dn̄icas voces quib⁹ ipſe ſaluator talia ſecutura eſſe p̄dixit. Ve aūt ait pregnantibus ⁊ nutrientib⁹ vel lactātibus in illis diebus. Orate aūt vt non fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio ſeculi neq; erit. Colligēs aūt ſupradictus hyſtoriographus omnē numeꝝ peremptorum vel fame vel ferro vndecies centena milia deſignauit. Ceteros vero latrones ⁊ ſicarios ac p̄dones poſt vrbis excidiū mutuis declarat interiſſe vulnerib⁹. Electos aūt quoſq; iuuenum quos decor et proceritas corporis cōmēdabat ad triumphū dicit eſſe ſeruatos. Reliquos aūt qui ſupra decē ⁊ ſeptem annos agebāt etatis vinctos ad opera egypti per metalla deſignatos. et per ceteras prouincias eſſe diſperſos. Alij quidē vt ludis gladiatorijs: alij vt beſtijs traderent: Si qui vero intra ſeptimū ⁊ decimū etatis reperti ſunt annū per diuerſas prouincias in ſeruitutem diſtrahi iuſſi ſunt: quorū numerus vſq; ad nonaginta milia perductus eſt. Hec vero oīa geſta ſunt ſecūdo anno imperij veſpaſiani iuxta ea q̄ ipſe dn̄s ⁊ ſaluator noſter ieſus xp̄s p̄dixerat. Quippe qui ea que gerēda erāt preſentia iā videret tūc cum ſm̄ euangelioꝝ fidē. Uidens ciuitatē fleuit ſuper eā ⁊ velut in aurib⁹ eius prelocutus eſt hec v̄ba. Si agnouiſſes inquit ⁊ tu i hac die que ad pacem tibi ſunt nunc abſcōdita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et circundabūt te inimici tui vallo ⁊ circūdabunt te ⁊ perurgebūt te vndiq; ⁊ ad ſolū reducēt te ⁊ filios tuos q̄ in te ſunt. Sed ⁊ rurſum tāq̄ de populo dicēs erit enim (inquit) neceſſitas magna ſuper terram ⁊ ira populo huic: ⁊ cadēt in ore gladij: ⁊ captiui ducentur in oēs gentes ⁊ hieruſalē erit cōculcata a gentib⁹ vſq; quo cōpleantur tp̄a gentium. Et iterū Cum autē videritis circūdari ab exercitu hieruſalem tunc ſcitote, quia appropinquabit eius deſolatio. Cōparet nūc vnuſquiſq; dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri ſermones cum hyſtoriographi relatione de bello qd̄ geſtum eſt atq; excidio ciuitatis. Et videns mirā diuine preſcientie virtutē agnoſcat predicentis diuinitatem. Hec quidem iudeoꝝ genti poſt paſſionē ſaluatoris iuſta vltione venerunt pro eo q̄ auctorē vite a ſemet vniuerſa gens conclamauit auferri. Uerūtamen nihil obſtat ea addere per q̄ pietas et clementia dei licet ingratis videtur oblata. Quadraginta nāq; poſt admiſſum piaculum continuis protracta annis impiorū pena differtur. In quibus ⁊ apoſtoli omnes precipue tamen iacobus qui dicebatur frater domini in hieroſolymis epiſcopus cōſtitut⁹ inde ſineter populū cōnilie impietatis ⁊ feralis auſi de ſcelere cōmonebant ſi forte poſſent cōmiſi plenitudinē gerere ſi poſſent flere pro ſcelere ⁊ vltrices penarū flammas lachrymarū vbertate reſtringere. Oſtendebat nāq; eis deus per ſuā patientiā q̄ ipſorum quereret penitentiam. Quia non vult tantum deus mortem pctōris quantum vt conuertatur ⁊ viuat.

¶ Cap̄. vj. de portentis ante bellum in vltionē mortis xp̄i iudeis immiſſū.

Mollire aūt adhuc mētis eoꝝ duritiā nitebat diuina maieſtas ſignis ⁊ p̄digijs celitus datis terrores ſimul ⁊ manicē dexterā oſtendendo potiuſq; inferēdo. De qb⁹ ſupradicti hyſtoriographi fides vt in ceteris etiā in hoc ſufficiēs erit. Relegam⁹ ergo qd̄

In ſexto hyſtoriaꝝ ſuaꝝ libro de his ipſe ſignauerit. Sed infelicē inquit plebē te terrimi quidem hoīes ꝛ deceptores falſa vaticinantes ſuadebāt vt euidētibꝰ ſignis ꝛ indicijs iracūdie ꝛ indignationis diuine non crederent. Quibus aperte futurū ꝛ vrbis ꝛ gentis preſagiebat̄ excidiū. Sed velut afflati et amentes ꝛ q̄ nec oculos nec animā in ſe haberent ſpernebant omnia que celitus nunciabantur. Etenim ſtellā perfulgens gladio per omnia ſimilis imminere deſuper ciuitati, ꝛ cometes preterea exitiabilibus flāmis ardere per totū viſa eſt annum. Sed ꝛ ante excidij tēpus ac belli: cū populi ad diem feſtū in azimoꝝ conuenirent octaua die mēſis ſandicis qui eſt aprilis noctis tp̄e hora nona tantus luminis fulgor arā templūq; circundedit: vt putarent oēs diē clariſſimū factū ꝛ permāſit ſpacio hore dimidie. Quod imperitis quidem ꝛ ignaris proſperū videbatur. Sed legiſperitos ꝛ probos quoſq; doctores nō latuit exitiale portentū. In eadē quoq; feſtiuitate vitula ſacrificijs admota ꝛ aris aſſiſtentes inter ipſas miniſtrorum manus enixa eſt agnā. Sed et ianua interioris edis que reſpiciebat orientē cum eſſet ere ſolito induta ac proinde immēſi pōderis: que vix viginti viris ſummo conatu impellentibus clauderetur: ferreis quoq; vectibus ꝛ ſeris munita ac peſſulis in altū demiſſis teneretur obſtricta: repēte hora noctis ſexta apparuit ſpōte patefacta. Sed et tranſacto die feſto poſt aliquot dies prima ꝛ viceſima die menſis artemeſij q̄ maius apud nos vocat̄ prodigioſus apparuit viſus ꝛ fidē pene excedens: q̄ vere falſum putaret̄: niſi oculorum fidem confirmaſſet maloꝝ cōſecuta pernicies. Etenim prope ſolis occaſū viſi ſunt currus ꝛ quadrige in oī regione ꝑ aerē ferri ꝛ armatoꝝ cohortes miſceri nubibꝰ ꝛ vrbē circūdari agminibꝰ improuiſis. In alio aūt die feſto q̄ penthecoſtes appellat̄ noctu ſacerdotes ingreſſi tēplū ad miniſteria ex more complenda primo quidem motus quoſdā ſtrepituſq; ſenſerunt. Tum deinde voces ſubitas audiunt dicentes, Migremus hinc. Additur his etiam aliud terribilius. Etenim quidā ananie filius ieſus noīe vir plebeius ꝛ ruſticꝰ ante quartum belli annū cū ciuitas in pace ꝛ abūdantia perduraret in die feſto tabernaculorum repente clamare cepit. Vox ab oriente: vox ab occidente: vox a quatuor ventis: vox ſuꝑ hieroſolimā ꝛ ſuꝑ templum: vox ſuper ſponſos ꝛ ſponſas: vox ſuper populū. Et indeſinenter die noctuq; per omnes plateas circuiens hoc clamabat: vſquequo quidem primores ex populo viri velut īfauſti preſagij indignatione commoti correptū hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaq̄ pro ſe aliquid loquens: ſed ne eos quidem qui circunſteterant deprecans eaſdem voces pari obſtinatione et clamore repetebat. Tunc principes intelligētes: vt res erat numinis eſſe motum in viro: perducunt eū ad iudicem romanum. Apud quem flagris vſq; ad oſſa laniatus neq; preces neq; lachrymas fudit: ſed eandē vocē miſerabiliter ꝛ cum quodā vlulatu emittēs per ſingula pene verba proferebat addens etiam hoc Ve ve. Proſequitur et aliud idē hyſtoriographus maiore geſtum miraculo: dicens oraculū quoddā in ſacris lr̄is repertū q̄d per idem tp̄s virū deſignaret ex eorum regione proceſſurum qui totius orbis potiret̄ imperio. Cuius oraculi preſagium idem hyſtoriographus Veſpaſianum declarare eſt ſuſpicatus. Sed veſpaſianus non alijs q̄ illis ſolis gentibus q̄ romano imperio videbant̄ ſubdite dn̄atus eſt. Unde iuſtius ad xp̄m hec rn̄ſa referant̄ ad quē dixerat p̄r. Pete a me ꝛ dabo tibi gētes hereditatē tuā ꝛ poſſeſſionem tuā terminos terre. Et cuiꝰ ꝑ idē tp̄s ꝑ apl̄os ſuos in oēm terrā exierat ſonus ꝛ in fines terre verba eorum.

Capitulū. vij. de ioſepho ꝛ quos reliquerit libros.

Opere preciū ſane eſt poſt iſta agnoſcere quis fuerit hic ioſephꝰ et vnde vel ex quo genere originē ducēs: qui tantam

nobis materiam rerum geſtarũ cogni=
tionẽqꝫ preſtiterit.Exponit ergo etiaꝫ
hoc ipſe de ſe hoc modo ſcribens.Joſe
phus mathie filius ex hieroſolymis ſa
cerdos q̇ et ipſe primo bello romanos
oppugnauerit:⁊ poſteriorib⁹ nihilomi
nus interfuerit ꝑlũs neceſſitate ꝯſtrict⁹
Cõſtat ergo hunc virũ ꝑ idẽ ipſos nõ ſo=
lũ apud romanos habitũ eſſe nobiliſſi
mũ ita vt litteraꝝ merito in vrbe roma
etiã ſtatuto donaret ⁊ libri eius biblio
thece traderent.Cõſcripſit nãqꝫ antiq̃
tatũ hiſtoriã in.xx.libris.Belli vero iu
daici cũ romanis habiti hyſtoriã ſeptẽ
voluminib⁹ cõprehendit.Quam nõ ſo
lum greca facũdia.verũ ⁊ patrio:id eſt
hebreo ſermone ſuis etiam ciuibus ſe
edidiſſe confirmat:dignus cui pre cete
ris omnibus debeat credi.Sed ⁊ alia
eiuſdẽ viri extant de iudeorum vetu=
ſtate duo volumina.Jn quibus contra
dicere appioni cuidam grammatico vi
detur:q̇ illis tpibus aduerſum iudeos
ſcripſerat et ad alios quoſdam qui mo
rem gentis iudeorum atqꝫ inſtituta la
cerauerant.Jn primo ergo ex his duo=
bus libro q̄ volumina apud hebreos in
auctoritate habeantur ſm maiorũ tra
ditionem per hec edocet.

Capitulum.viij.quomodo ioſephus
pulchre diuinaꝝ meminit ſcripturarũ.

NEcꝫ igitur innu
mera inq̇t apud nos habẽ=
tur volumina inter ſe inuicẽ
diſcordãtia.Sꝫ duo tñ ⁊ vi
ginti ſunt libri qui oĩm tempoꝝ ſeriem
ꝯtinent.Qui ⁊ iuſte creduntur diuinit⁹
inſpirati.Ex q̇bus q̇nqꝫ ſunt moyſi cõ=
tinẽtes legis vite ⁊ ſucceſſionis huma
ne ꝓſapiam vſqꝫ ad ipſum moyſei ter=
minũ ꝓtendentes.Qui paulominus ad
tria milia annoruꝫ continentiã gerunt
A morte vero moyſei vſqꝫ ad artaxer
xem qui poſt xerſem regnauit apd̾ per=
ſas q̄ geſta ſunt prophete quiqꝫ ꝑ ea
tempora tredecim voluminibus con=
ſcripſerunt.Reliq̄ vero quattuor libri
hymnos i deũ ⁊ vite iſtituta ac monita
mortalibus tradunt.Ab artaxerxe ꝓo

vſqꝫ ad noſtrum tempus ſcripta ſunt q̄
dem oĩa fide tamẽ nõ eadẽ que primis
habetur digna ducuntur pro eo ꝙ non
ita extiterit prophetarum iugis ⁊ ex=
plorata ſucceſſio.Rebus igitur ipſis cõ
ſtat ꝙ nos venerabilr̄ vtamur ſcriptu=
ris noſtris.Nã cum tot ſecula interceſ
ſerint neqꝫ addere quis vnq̄ neqꝫ auf=
ferre aut permutare q̇d auſus eſt.Sed
oĩbus gentis noſtre hoĩbus inſita hec
quodãmõ atqꝫ ingenita fides eſt:crede
re hec dei eẽ ꝯſulta ⁊ his iugiter īhere=
re ac ꝓ ipſis ſi ita res popoſcerit liben
ter ⁊ aĩaꝫ ponere.Sit etiã hec pars hy
ſtoriographi in his locis a nobis.vt ar
bitror non incompetenter inſerta.Eſt
adhuc ⁊ aliud eius elegãs ſatis volu=
men quod animus ſit qui imperium te
neat in nobis.Quem libellũ quidã ma
chabeorũ attitulauere ꝓ eo ꝙ certami
na inibi ⁊ agones ꝓ pietate a macha=
beis fratribus deſudata contineat.Sꝫ
⁊ in fine viceſimi antiquitatum libri ſi=
gnificat idẽ ipſe ꝓpoſuiſſe ſe quattuor
voluminibus cõprehẽſurum ſm fidẽ ⁊
religionẽ patriã de deo ⁊ ſubſtãtia ac le
gibus ⁊ cur q̄dã apud eos liceãt q̄dã ꝓo
nõ liceãt.ſed ⁊ alia nõnulla opuſcula a
ſe dicit eſſe ꝯpoſita.Jn fine etiam ſupra
dicti viceſimi libri antiquitatum iuſtũ
quendã ex tyberiade qui conat⁹ ſit hoc
idẽ operis qd̾ ipſe explicuerat aggre=
di arguit falſitatis per hec verba.Sed
non ego te imitatus ſum in his que cõ
ſcripſeram.Jpſis etenĩ impatorib⁹ ob=
tulit libros meos cũ adhuc ipã q̄ geſta
ſunt pene in oculis haberent.Quippe
q̇ conſcius mihi eſſem ſuaſte in oĩb⁹ ve
ritateꝫ:nec me de eoꝝ teſtimonio fefel=
lit opinio.Sed ⁊ alijs pluribus obtulit
quoꝝ multi etiã ipſis interfuere bellis
ſicut Agrippa rex ⁊ nõnulli ei⁹ ꝓpinq̄
Et impator quidẽ Titus intantũ ꝓba
uit ex iſtis debere libris ad oẽs hoies
rerum geſtaꝝ noticiã peruenire:vt ma
nu ſua ſubſcriberet publice ab omnib⁹
res teneri.Rex vero Aggripa ſexagin=
ta ⁊ duabus epiſtolis de operis no
ſtri veritate teſtat⁹ eſt:ex quib⁹ ⁊ duas
inſerui.Sed de his ſatis dictuꝫ eſt nũc
ad narrationis noſtre ſeriẽ redeamus.

¶ Cap.ix.ꝙ poſt iacobum ſymeon hie
roſolymorum rexit eccleſiam.

POſt martyriū
iacobi ⁊ cōtinuo conſecutū
ciuitatis excidiuz traditur
apoſtolos ceteroſqꝫ domi-
ni diſcipl'os: qui ad illud tp̄s reliq̇ erāt
in vnū e locis oībus cōueniſſe ſimul cū
his q̇ ꝓpinqui ſm carnē dn̄i dicebant.
Plurimi namqꝫ ex his per illud tem-
pus ſuper erant ⁊ habuiſſe in commu-
ne conſilium quē oporteret dignū ſuc-
ceſſione iacobi iudicari: Oēſqꝫ vno cōſi
lio atqꝫ vno ɔſenſu Symeonē cleophe
filiū decreuiſſe. Cui⁹ mētio in euāgelijs
facta eſt: vt epatus ſedē ſuſciperet. Cō
ſobrinus ꝑis ſm carnez ſaluatoris fuiſ
ſe dicebatur: quia cleophem fratrē fuiſ
ſe ioſeph egeſippus teſtatus eſt.

Capitulum.x.ꝙ veſpaſianus poſte
ritatem dauid iuſſit inquiri.

PEr idē tēpus ve
ſpaſianus poſt excidia hieroſolymorū
omnes ſi qui forte ex familia dauid ſu-
perfuiſſent apud iudeos velut regalis
proſapie viros perquiri iubet. Unde
etiam pro hac cauſa grauiſſima iudeis
perſecutio exorta eſt a tito filio veſpa-
ſiani. Sz veſpaſiano decennio principa
tu miniſtrato titus fili⁹ in imperio ſucce
dit. Cui⁹ ſcd̄o regni anno. Linū.xij.an-
nis in ſacerdotio trāſactis vrbis rome
epiſcopatū tradidiſſe anacleto ferunt.

¶ Capitulū.xi.de ordine ⁊ ſucceſſione
epiſcoporum alexandri ⁊ rome ſimul ⁊
de epiſtola clemētis ad corinthios.

SEd titus nō
amplius ꝙ̄ duobus annis
totidēqꝫ mēſibus principa
tu romani apicis miſtrato
Domitiano fratri ſummā reruz reliq̇t.
Quarto igit̄ anno domitiani apud ale
xandriā Anianus.xx.⁊ duob⁹ annis mi
niſtrato ſacerdotio defunctus eſt. In cu
ius locū ſcd̄s ſuccedit abili⁹. ¶ In vrbe
ꝟo roma.xij. anacletus annis in epatu
exactis ſacerdotij ſedem clemēti tradi
dit. ¶ Quē adiutorē ſuū paul⁹ apoſto-
lus philippēſibus ſcribēs deſignat di-
cēs. Cū clemēte ⁊ ceteris adiutoribus
meis quorū nomina ſunt in libro vite.
Hui⁹ clemētis epiſtola habet̄ ad corin
thios ſcripta ꝑ precipua plane ⁊ valde
mirabilis: quā velut ex ꝑſona romane
eccleſie dictauit cū diſſenſio apud corin
thios fuiſſet exorta quam epiſtolam in
plurimis eccleſijs publice legi et vete-
rū ⁊ noſtris etiā temporibus cōſtat.

¶ Capitulū.xij.de perſecutione ſub
domitiano.

UErū de ſedi-
tiōe facta apd̄ corinthios
ac diſſentiōe plebis teſtis
valde fidelis Egeſippus
indicat hoc modo dicēs. ¶ Multa ⁊ er
ga multos crudelitate domitian⁹ exer
citata plurimiſqꝫ in vrbe roma nobili-
b⁹ ⁊ illuſtrib⁹ viris nullo iure nullaqꝫ
rōne trucidatis innumeris etiā in exi-
liū truſis ⁊ bonoꝝ direptione mulcta-
tis ad vltimū neroniane theomachie
⁊ impietatis ſucceſſor efficit̄. Scd̄us h̄
quippe ab illo ꝑſecutionē molit̄ i nr̄os
cū vtiqꝫ pater ſu⁹ veſpaſian⁹ nihil ꝑ-
ſus noſtris irrogauerit iniurie.

¶ Capitulū.xiij.de iohanne euangeli-
ſta et reuelatione eius.

QUo in tēpore
apl'ſ ⁊ euāgeliſta iohēs ad
ꝑdicationē ꝟbi diuini ⁊ te
ſtimoniū ꝟitatis in inſulā
pathmos tradit̄ ablegat⁹. Deniqꝫ hire
neus ſcribēs de ɔpoto nōis antixp̄i qd̄
ɔtinet̄ in reuelatiōe q̄ dr̄ iohānis q̇nto.
aduerſuz hereſes libro hec de ip̄o Jo.
ɔmemorat ꝙ ſi oporteret inq̇t apti⁹ in
hoc tp̄e de iſto nōie ꝑdicari: a q̄ magis
potuerat apiri niſi ab eo q̇ ip̄a z reuela
tionē vidit. Neqꝫ em̄ multū tp̄is eſt: ſz
pene nr̄a etate. In fine ⁊ em̄ domitiani
ꝑncipat⁹ exorta eſt. Intm̄ ꝟo p idē tp̄s
fidei nr̄e inſtituta florebāt vt et nōnulli
alieni a religione nr̄a ſcriptores: hyſto
riarum ſuarum tradiderint monumē-
tis ⁊ de ꝑſecutionib⁹ illi⁹ tēporis ⁊ ēt de
martyrijs. q̄ ⁊ diligenter explorato tp̄e
deſignāt ꝙ q̇ntodecio anno domitiani

ꝑncipis: cū alijs plrimis ab eo, et flauia
domicella ſororꝭ filia flaui clemētꝭ vni⁹
tūc ex ꝯſulib⁹ viri ob teſtimoniū qđ xp̄o
ꝓhibebat i iſulā pōtiā nole ðportata ē.

¶Cap. xv. ꝙ poſteritatem dauid domi
tianus perimi iuſſit: ſimul ⁊ de ꝓſapia
chriſti ex teſtimonio egeſippi.

Apud ipſuꝫ vero
domicianū cū iuſſiſſet oēs ꝑimi q̄ de ge
nere dauid ⁊ regia ſtirpe deſcēderēt: vt ve
tus traditio tenet: ꝙ delati ſint q̄dā q̄ſi
eēnt de poſteritate iude quē fratrē fuiſ
ſe ſaluatoris ꝭm carnē tradūt: quicꝙ du
plici vrgebāt inuidia. velut qui ex da
uid gñe. ⁊ ex ipſi⁹ xp̄i ꝓpinq̄tate deſcen
derēt. Que egeſippus ꝑ ordinē his ver
bis refert. ¶Adhuc aūt viuebāt q̄daꝫ
de carnali gñe dñi nr̄i nepotes iude: ei⁹
q̄ ꝭm carnē frater dñi dicebaẗ. Quos q̄
dē detulere tanq̄ ex dauid ſtirpe veniē
tes. Hos reuocat⁹ q̄dā nole q̄ i hoc miſ
ſus fuerat ꝑducit ad domitianū ceſarē
Et ipe em̄ formidabat de aduētu xp̄i ſi
cut ⁊ initio herodes. Interrogati ĝ a do
mitiano ſi eēnt ex familia dauid ꝯfeſſi
ſunt. Tūc q̄ſiuit ab eis q̄ntis poſſeſſio
nib⁹ vel quantiſ eſſent facultatibus pre
diti. At illi reſpōderūt ꝙ vtriꝙ nō am
pli⁹ eſſet in bonis nouē milib⁹ denarijs
Ex q̄bus ſinglis ps media ꝓportione
deberet. Nec hec ſibi in pecuniā ſubſi
ſtere: ſed in eſtimatione terre q̄ eis eſſet
in quadraginta min⁹ vno iugerib⁹ ꝯſti
tuta. Quā ſuis manib⁹ excolētes vt et
ipſi alerenẗ: ⁊ vt tributa dependerent.
Simul ⁊ teſtes ruralis ⁊ diurni operis
man⁹ laborꝭ rigidaſꝙ callis obduratas
ꝓferebant. Interrogatiſ ĥo de xp̄o qua
le ſit regnū eius vel q̄s ipe aut vñ aut
q̄ñ ventur⁹ rñdere ꝙ non huius mūdi
regnū: neꝙ huius terre ei deſigneẗ im
perium: ſed ꝙ celeſte: ei regnū ꝑ ange
loꝝ miniſteria in cōſummatiōe ſeculi ꝑ
pareẗ: quādo ſcꝫ aduenturus in gloria
ð viuis ac mortuis iudicabit ⁊ reſtituet
vnicuiꝙ ꝑ factis ac meritis ſuis. Ad
hec domitian⁹ cū neꝙ in eis quicq̄ cri
minis inueniret et vilitateꝫ eorum q̄
maxime contemneret, abireſ eos libe
ros iubet. Sed ⁊ perſecutionē quā ad
uerſus eccleſias agitari iuſſerat datis
rurſum cōpeſcit edictis. Illi ĥo dimiſ
ſi ab eo vel martyrij merito vel tante ꝑ
pinquitatis ꝓrogatiua pacis iā tpe du
ces eccl'ie effecti vſꝙ ad traiani tpa ꝑ
manſerūt. Hec quidē Egeſippus. Sꝫ ⁊
tertulian⁹ de domitiano ſilia refert di
cēs. Tēptauit aliq̄n ⁊ domitian⁹ ſil'e ali
q̄d portio neronis ð crudelitate: ſed q̄ſi
hō cito deſtitit ita vt etiā eos quos in
exilium miſerat reuocaret.

¶Cap. xvi. de ſucceſſiōe quorūdam im
peratorū ⁊ epiſcoporum.

Poſt domitia
nū vero quindecim annis
imperio potitū. Nerua ſu
ſcepit p̄ncipatū. Sub quo
omnes quidem honorum tituli q̄ in do
mitianū collati fuerāt ðtrahunẗ. Reuo
cari aūt quicunꝙ ab eo in exilium truſi
ſunt ac recipere facultates ex ſenatuſcō
ſulto iubenẗ. De quib⁹ ſinguli teſtimo
niū ꝓhibent qui geſta illoꝝ temporꝝ cō
ſcripſerunt. Tunc igiẗ apoſtolum ioan
nem poſt abſolutionē inſule epheſum
quaſi ad ſcholaꝫ ꝓpriam rediſſe noſtro
rum ſcriptores declarāt. ¶Nerua ĥo
poſt annū plus minus defuncto. traia
nus ſuccedit in imperio. Cuius p̄mo
p̄ncipat⁹ anno abillius apud alexan
driā tredecim annis ſacerdotio miſtra
to diem obijt. Cui ſuccedit Cerdon ter
tius in ſacerdotiū. Qua tēpeſtate in vr
be roma clemēs quoꝙ tertius poſt pau
lū ⁊ petrū pontificatum tenebat. Sed ⁊
apud anthiochiā euodius p̄mus fue
rat ⁊ ſcōs ignatius hieroſolymis quo
ꝙ ſymeon ſcōs poſt Jacobum fratrem
dñi hiſdē tpib⁹ gubernabat eccleſiaꝫ.

¶Cap. xvij. de ioanne euangeliſta.

In his ſuperſtes
adhuc apud aſiā demorabaẗ ipe
ille quē amabat dominus ieſus apoſto
lus ſimul atꝙ euangeliſta. Joannes ec
cleſiarum que ibi erāt gubernacula ge
rēs poſt domitiani vt diximus obituꝫ
regreſſus ex iſula. Quodquia ita ſe ha
beat duobus fidelibus teſtibus appro
babo. Hyreneus ⁊ Clemens alexandri

nus huic veritati aſtipulantur. Jn ſecūdo aduerſꝰ hereſes libro, Hyreneꝰ hoc modo ſcribens: ⁊ omnes inquit pſbyteri teſtes ſunt qui in aſia Johannē diſcipulū domini viderunt ⁊ ſciunt hec tradidiſſe iohannē: qui ⁊ ꝑmanſit apud eos vſqꝫ ad tēpora traiani. Jtem in tertio eiuſdē operis libro idem ſcriptor de hiſdeꝫ ita teſtatur. Eccleſia inquit ꝙ eſt apud epheſum a paulo quidē fundata eſt a iohanne vero edificata: qui ꝑmanſit in ea vſqꝫ ad tēpora traiani. habes hūc teſtem fidelē de apl'i tēporibus cōteſtantē. Accipe q̄d etiā clemēs cuiꝰ pariter ꝓmiſimus teſtimoniū dicat, hyſtoriā quandaꝫ ꝑneceſſariā ſimul texens. Quā nos quoqꝫ ſi inferamus vtilē fore legentibꝰ credimꝰ. Scribit ergo hec.

Cap. xviij. quō iohannes adoleſcentē indolis ducē latronū factum reuocat ad eccleſiam ⁊ cōuertit.

Audi inquit fabulam ⁊ nō fabulam: ſꝫ rē geſtam de iohanne apoſtolo memorijs oīm traditā. Cū poſt tyrāni obitū de pathmos inſula epheſum rediret: rogabatꝛ etiam vicinas illuſtrare ꝓuincias: quo vel eccleſias fundaret in quibꝰ nō erāt locis et in quibus erant ſacerdotibꝰ ac miniſtris inſtrueret ſm quod ei de vno quoqꝫ ſpiritusſanctꝰ indicaſſet. Cū igitur veniſſet ad quandā vrbem haud lōge poſitā oībus eccleſiaſticis ſolēniter adimpletis vidit iuuenē quendam validum corpe ⁊ vultu elegantē ſed ⁊ animis acrem nimis reſpiciēſqꝫ ad epm qui nuper fuerat ordinatus, Hūc inq̄t tibi ſummo ſtudio commēdo: ſub teſtimonio chriſti et totius eccl'ie. Tuꝫ ille ſuſcipiēs oēꝫ ſe adhibiturū ſicut precipiebat diligentiā pollicetur. Sed iterū atqꝫ iterū eadem ſepius repetens iuuenem cōmēdabat attentius. Et poſt hec epheſum redijt. Tum vero epiſcopus adoleſcētē in domū ſuaꝫ ſuſcepit commēdatum ⁊ cuꝫ omni diligētia enutrit amplectitur fouet. Ad vltimū etiaꝫ baptiſmi gratiam tradit. Poſt hec iam velut confidens gratie qua fuerat cōmonitus paulo indulgētius habere iuuenem cepit. Sed ille vbi immatura libertate potitus eſt: ꝯtinuo per equeuos (q̄bus luxus ⁊ deſidia cordi eſt) amare ſvitia: ⁊ corrupte vite incedere tramitē ꝑdocetꝛ. Et primo quidē cōuiuiorū illecebris decipitur. Jnde nocturnis eū furtis ſociū ſibi participemqꝫ conſciſcunt. Poſt hoc etiā ad maiora flagitia ꝑtrahunt. Cū interea ſenſim iuuenis formabatꝛ ⁊ inſtituebatꝛ ad ſcelera ⁊ q̄ eē acer ingenio ſicut equus infrenis ⁊ validus duriſmorſꝰ obfirmatus recti itineris lineā derelinquēs rectore ꝯtempto rapido curſu totꝰ fertꝛ in ꝑceps: ita ſuccedentibꝰ ſibi malis: vt deſperationeꝫ q̄ꝫ adeo ſibi ꝑſtitꝫ ſalutis acciperet. Dedignatꝛ iam de paruis ſceleribus cogitare: grandia queqꝫ molitꝛ ⁊ ex integro ꝑditioni ſe tradēs nulli iferiorē ſe in flagitijs patitꝛ. Deniqꝫ illos ipſos q̄ prius magiſtri criminū fuerant diſcipulos facit. Et latronū ex his turmā q̄bus ipſe dux ⁊ princeps violētus ꝑeſſet inſtituit ⁊ cū his omni crudelitate graſſatꝛ. Vertꝛ tpe elapſo cū rei ita popoſciſset vtilitas inuitatꝛ iterū ad illā vrbē iohānes. Et cū cetera quoꝝ gratia venerat ordinaſſet: age inquit o epe depoſitū repreſenta qđ tibi ego plane ⁊ xp̄s ꝯmēdauimus eccleſia teſte quā regis. At ille obſtupuit primo pecuniā putāſ a ſe repoſci quam non acceperat. Sed rurſum conſiderabat nec poſſe fallere iohannē nec qđ nō dedit querere herebatꝫ igitꝛ ſtupens. Quā iohānes herētem vidēs iuuenem inquit illū repeto a te ꝑ animaꝫ fratris. Tunc grauiter ſuſpirans ſenior et lachrymis reſolutus ille ait mortuus eſt. Quomodo inq̄t vel quali morte. deo ait mortuus eſt q2 peſſimꝰ ⁊ flagitioſus euaſit. Ad vltimū etiā latrocinium aggreſſus eſt. Deniqꝫ nunc montē quendā cū multa latronū manu occupauit. Quibꝰ auditis, Apl'os veſtē ꝯtinuo qua erat indutꝰ ſcidit ⁊ cū ingēti gemitu feriens caput ſuū bonū inq̄t te cuſtodē fr̄is aīe dereliqui. Sꝫ iam nūc mihi equꝰ paretꝛ ⁊ dux itineris. Et ꝯfeſtim ab ip̄a eccl'ia aſcēdēs concitꝰ ꝓperabat. Cumqꝫ ꝑueniſſet ad locū attine-

tur ab his latronibus qui cuſtodias ob
ſeruabant at ille neq effugere neq ꝑ
ſus declinare vſq nitens ingenti tãtuz
voce ꝓclamabat: q: ad hoc ipz veni. ad
ducite mihi principem vrm. Qui cũ ve
niret armatus eminus agnito iohãne
apoſtolo pudore actus in fugam ver=
titur. Ille equo poſt eum admiſſo con=
feſtim inſequitur fugitantẽ etiã etatis
oblitus ſimul ⁊ clamans. Quid fugis o
fili patrem tuum. quid fugis inermem
ſenem miſer noli timere habes adhuc
ſpem vite: ego autem rationem reddã
ꝓ te certe: ⁊ mortem ꝓ te libenter exci=
piam ſicut et dñs excepit pro nobis: et
pro tua anima dabo animã meã. Sta
tantuz et crede mihi q: chriſtus me mi
ſit. At ille audiens reſtitit: ac vultũ de=
miſit in terraz. Poſt hec arma proiecit
Tum deinde tremefactus fiebat ama=
riſſime: ⁊ accedentis ad ſe ſenis genibꝰ
ꝓuoluitur. gemitibus et vlulatibꝰ qui
bus poterat ſatiſfaciens. ⁊ vberrimis
lachrymarum ſuarum fontibus iteruz
baptizabatur occultans ſolaz dexterã
ſuam. Apoſtolus vero iuriſiurandi ſa=
cramento ſe ei a ſaluatore impetraturꝝ
veniam pollicens ſimulq genibus eiꝰ
ꝓuolutus: atq ipſam dexteram ex cu=
ius ſcedis conſcientia torquebatꝫ tanq
iam per penitentiam purgatã deoſcu=
lans ad eccleſiam reuocat. Et indeſinẽ
ter ꝓ eo orõnes profundens: et cũ ipſo
pariter ducens crebra ieiunia: indulgẽ
tiam a deo quã ei pollicitus fuerat ex=
petebat. Sed et varijs ſermonum cõſo
lationibꝰ velut quibuſdam precãtatio
nibꝰ efferos ⁊ exterritos eius animos
mitigabat. Nec prius abſtitit q euz in
oibus emendatuz etiam eccłie pficeret
pbens ꝑ hoc magna exẽpla vere pnie.
⁊ documentum ingens noue regñatio
nis: atq inſignia qdã ⁊ trophea inuiſi=
bilis in eo reſurrectionis oñdens. Hec
a clemente dicta nõ ſoluz ad ſcientiam
rerꝝ ſed ad vtilitatẽ legẽtium ꝓfutura
hũc in nrĩs quoq libris teneãt locum.

¶ Capitulꝫ. xix. de indubitatis ſcriptu=
ris et libris diuinis. A.

Age iam etiaz hu=
ius apłi q̃ ſint ſcripta q̃ in auctoritate
habeantur: cũ his pariter explicemus.
Eſt igitur primo euangeliũ nois ipſiꝰ:
qd in oi orbe perſonuit. ꝙ ꝗaũt poſt cete
ra tria euangelia: quarto a veteribus
ſtatutum eſt loco: hec erit ratio. Vene=
rabiles et vere deo digni apoſtoli chri
ſti cum eſſent in omnibus puritate vi=
te ⁊ aĩ virtutibus clari. nõ magni pen=
debant ſermonis ornatum. Quippe in
quibus aĩa erat diuinis ornata virtuti
bus ſimul et ſignorũ grã que eis a dño
nr̃o ieſu chriſto conceſſa fuerat cõfiden
tes non in ſuaſorijs humane ſapientie
verbis ſummã predicationis dominice
collocabant: ſed in oſtentatione ſpũs ⁊
virtute: per quam mirabilibꝰ conſum=
matis. ⁊ verborꝝ ſuorꝝ fide facta vniuer
ſo orbi regni celorꝝ ſciẽtiam tradiderũt
parui ducentes plures libros condere:
ꝙ huiuſcemodi predicationis actio: nõ
argumento humani ſermonis: ſed aſti
pulatione diuine virtutis indigeat.
B ¶ Denique Paulus qui inter omnes
apłos eruditior etiam in verbis videt:
et in ſenſibus prepotens non amplius
q paruum epiſtolarꝝ ſuarꝝ corpus reli
quit. Qui vtiq immẽſa cõtineret intra
ſe: atq innumera ſacramenta: vt pote q
etiam vſq ad tertium celum raptus: q
gererent inſpexerat: ⁊ in ſpũ quoq deo
dignuz paradiſum abductus audierat
ibi ineffabilia verba ⁊ doctrinam (que
cunq illa inibi eſt) ſiue incorporeus il=
lius iterum ſchole diſcipulꝰ effectꝰ ex=
ceperat. Sed et reliqui dñi ac ſaluato=
ris nr̃i diſcipuli nõ ſolum ex illis duo=
decim: ſed et ſi qui extra numerũ hunc
de ſchola tñ dñi ⁊ ſaluatoris nr̃i ſermo
nem aliquẽ diuinitꝰ inſpirati memorie
reliqrunt. breuem hunc ⁊ ſuccinctum ꝑ
oia eſſe voluerũt. Igit ex ipſis diſcipu
lis dñi. mattheꝰ tm̃modo ⁊ iohãnes ad
ſcribendum appuliſſe aim tradunt: ne=
ceſſitate quadam in hoc ipm ꝓuocati.
Mattheꝰ em̃ prio hebreis pdicauerat.
Verꝝ cuz pararet trãſire ad gẽtes pria
lingua ſcripturam compoſuit: ⁊ ea que
pdicauerat ꝯprehẽdens dereliqt ijs ad
mẽoriã a qbꝰ ꝓficiſcebatꝫ vrgẽtibꝰ pdi
caret. Poſt hunc luce ⁊ marci ſcriptura

euangelica: ſcd̃m eas cauſas quas ſu-
perius diximꝰ edit. Johannē vero tra-
dunt vſqꝫ ad vltimū pene vite ſue tp̄s
abſqꝫ ulliꝰ ſcripture indicijs euāgeliū
p̄dicaſſe. Sed cum hoꝝ trium euange-
liorum etiaꝫ ad ip̄m noticia perueniſſꝫ
ꝓbaſſe quidē dicit̃ fidem ⁊ veritatē di-
ctorum. Deeſſe tñ vidit aliqua: ⁊ ea ma
xime que primo predicationis ſue tp̄e
dñs geſſerat. Certum eſt eñ ꝙ in ſupe
rioribꝰ tribus euāgelijs: hec videntur
ſola ꝯtineri: q̄ ab eo geſta ſunt anno q̄
iohānes baptiſta vel incluſus eſt in car
cere vel punitꝰ. Deniqꝫ ſi obſerues iſta
tum in initio narrationis poſtea q̄ꝫ re
fert mattheus de quadraginta dierū
ieiunio: et de tentatione eius continuo
ſubijcit dicens. Audiens aūt q̄ iohan-
nes traditꝰ eſt: diſceſſit de iudea ⁊ venit
in galileam. Sed ⁊ marcus ſilr poſtea
q̄ꝫ inquit traditus eſt iohannes: venit
~~iohannes~~ in galileam. Lucas vero ēt
priuſq̄ꝫ incipiat aliq̄d de actibus refer-
re ieſus dicit q̄ adiecit herodes ſuper
oīa mala q̄ geſſerat ⁊ cōcluſit iohannē
in carcerem. Quia igitꝫ ab his hec vide
bātur omiſſa: rogatꝰ dr̄ iohannes ap̄ls
vt ea q̄ preterierant priores. añ tradi-
tionem iohannis ſaluatoris geſta con
ſcriberet. Et ideo dicit in euāgelio ſuo
hoc fecit initium ſignoꝝ ieſus. Et ite
rum in alio loco indicat dicens. Nōdū
eñ iohannes miſſus erat in carcerem.
Ex quibus cōſtat ꝙ ea q̄ anteq̄ꝫ iohan-
nes traderet̃ ab ieſu fuerāt geſta deſcri
bit. Et ideo ſi q̄s hoc diligētiꝰ ꝯſideret
euidenter inueniet nō ſibi euāgelia diſ
ſonare: ſed alteriꝰ tp̄is geſta eſſe q̄ ſcri-
bit iohannes: alteriꝰ vero q̄ ceteri. Uñ
q̄ natiuitatem ſ̄m carnē ſaluatoris vel
mattheus vel lucas deſcripſerat reti-
cuit hoc iohānes. ⁊ a theologia atqꝫ ab
ipſa eiꝰ diuinitate ſumit exordiū. Que
pars ſine dubio ip̄i velut eximio ꝑ ſp̄m
ſanctum reſeruata eſt. Hec etiaꝫ de euā
gelio Johannis dicta ſint. ¶ De mar-
ci vero euangelio ſufficienter ſupra cō-
prehēſum eſt. Lucas vero in initio euā
gelij ſui cauſam cur ſcriberet indicauit
Uidelicet quoniā multi alij temere pre
ſumpſerant enarrare: que ſibi magis
erant ad liquidum comperta. Uolēs er
go abſtrahere nos a ceterorum narra-
tionibus fidem facit per ſe cōſcripte ve
ritati: certus ꝙ eam vel paulo exponen
te: vel alijs apoſtolis qui ab initio ipſi
viderant ac ſibi tradiderant conſecutꝰ
ſit: et hanc nobis per proprium euāge-
lium tradat. Hec a nobis etiam de lu-
ca breuiter dicta ſint. Oportuniꝰ vero
et plenius in tempore inſertis hiis q̄ an-
tiqui auctores ſcripta reliquerunt vt ſe
cuncta habeant indicabimus. Johan-
nis tamen extant preterea ⁊ epiſtole de
quarum prima neqꝫ ab antiquis vnq̄ꝫ a
poſteris dubitatum eſt. De reliquis ve
ro duabus. et de reuelatione etiam nūc
anceps ſententia habetur. De quibus
vt dixi ⁊ a veteribus dubitatum ſuis in
locis ipſorum vocibus approbabimꝰ.
B ¶ Ut ergo (quando quideꝫ in hos
deuenimus locos) omnem noui teſta-
menti canoneꝫ deſignemus. Primo no
bis omnium euangelioꝝ celeſtis qua
driga iungatur. His actus apoſtoloꝝ
copuletur. Poſt hos pauli epiſtole ſo-
cientur. Conſequātur vero has prima
iohannis epiſtola. Similiter et petri
prima. Hec ſunt de quibus nulla vnq̄ꝫ
prorſus extitit dubitatio. Sequenti lo
co iam ſunt illa de quibus a nonnullis
dubitatum eſt. Reuelatio iohannis de
qua quid ſinguli veterum ſenſerit ſuis
in locis oſtendemus. Et epiſtola iaco-
bi ſed et iude. Petri quoqꝫ ſecunda ⁊ itē
iohannis ſecunda et tertia ſiue he ipiꝰ
euangeliſte: ſiue etiam alterius eiuſco
gnominis oſtēdantur. Poſt hec iaꝫ ſcri
ptura eſt que dicitur actus pauli. Sed
et libellus qui appellatur paſtoris ⁊ re
uelatio petri: de quibus q̄ꝫ maxime du
bitatur: fertur etiam barnabe epiſtola
et doctrina que dicitur apoſtolorum.
Quidam autem his ſociant etiam euā
gelium quod dicitur ſecundū hebreos.
Quo precipue vtuntur illi hebrei qui
chriſtuꝫ ſuſcipere videntur: ſed in eccle
ſia ei contradicitur. Que omnia tamen
a nobis neceſſario enumerata ſunt: vt
abſqꝫ vlla ambiguitate clareſcere que
ſint in veri auctoritate: que ſint in qui-
bus vel contradictio aliqua: vel etiam

cunctatio :cum tamen a ꝗplurimis ec
cleſijs recipiantur ſoleat amitti.Sed ꝛ
de eis ſciendū eſt que ſub nomine apo
ſtolorum ab hereticis proferuntur: ve-
lut Petri et Thome ꝛ Matthie ꝛ cete-
rorum ſimiliter apoſtolorū que appel
lant euangelia.Sed et andree ꝛ Johā
nis atqꝫ aliorum epoſtolorum actus ꝙ
nuſqꝫ prorſus in ſcripturis veterum:eo
rum dumtaxat qui apoſtolis ſucceſſe-
runt:aliqua mentio eorum aut comme
moratio habetur.In quibus ꝛ ipſe ſti-
lus:multum ab eccleſiaſtica conſuetu-
dine deprehenditur eſſe diuerſus.Sen
ſus quoqꝫ ipſe et omnia que in his in-
ſeruntur longe ab apoſtolica diſſonant
fide.Ex quo figmēta eſſe prauitatis he
retice comprobantur.Unde non inter il
la quidem de quibus dubitari diximꝰ
collocanda ſunt:ſed vt aliena penitus ꝛ
a pietatis regula diſcrepantia propel-
lēda.Uerū ad hyſtorie ordinē redeamꝰ.

¶ Capitu.xx.de menandro mago.

Igitur ſymoni ma
go menander ſuccedit. ſcutum diaboli
non inferius primo. Et ipſe ſamarites
genere.In arte autem magica ſolus re
pertus eſt : qui non modo equiparare:
ſed ꝛ ſupergredi impietatem magiſtri
poſſet. Maioribus quippe portētis ef
ferebatur ſemetipſum ſaluatorē dicēs
ad hominum ſalutem de celeſtibus ꝛ in
uiſibilibus ſeculis deſtinatum.Aſſerēs
non aliter poſſe vnum quemqꝫ angelos
ſeculi vincere: niſi prius a ſemet magi
ce artis per ordinem ſuſciperet diſcipli
nam:ꝛ per baptiſmum a ſe datum im-
mortalis ꝛ eternus effectus in hac vita
perpetuus fieret: que omnia ex libris
hyrenei volentibus ſcire perfacile eſt
Sed et iuſtinus in his ipſis in quibus
Symonis fecerat mentionem:etiā de
hoc talia quedam ſcribit. Menandrū
quendam ſamaritanum ex vico cappa
ratthea ſymonis diſcipulum : ſtimulis
demoniacis incitatū veniſſe antiochiā
et ꝗplurimos per artem magicam de-
cepiſſe ſcimus:qui hoc etiā ſuadere po
tu it ſectatoribus ſuis:ꝙ non eſſent mo
rituri.Ex quibus in hodiernū ſunt ali

qui ex illo eadem confitentes.quod eſt
vere diaboli commentum vt homines
magi chriſtianorum ſibi nomen impo-
nerent:quo per hoc ſanctum et venera
bile religionis noſtre miſterium macu
larent:qui tamen irrident et ſpernunt
eccleſiaſtica dogmata: vel de immorta
litate anime: vel de reſurrectione mor-
tuorum.Uerum hi talibus freti aucto-
ribꝰ de ſpe ſalutis ꝛ vite penitꝰ exciderūt.

¶ Capitulum.xxj.de ſecta ebionſorū.

SEd ꝛ alios
idem demō quos ab
amore chriſti ſepara
re non poterat : alia
nichilominꝰ arte de-
cepit:id eſt ebionios
qui interpretāt pau-
peres.Uere enim pauperes ſunt ꝛ ege
ni in ſcientia glorie chriſti.Quoniā qui
dem ſolum eum hominem putant:ꝛ p
profectum vite ac virtutis virum iuſtū
effectum. Communi etiam natiuitate
ex viro et femina procreatū.Cuſtodiā
vero cenſentes etiam legis obſeruātiā
nec ſufficere ad ſalutem ſolam chriſti
eſtimant fidē.Quidam tamen ex ipis
refugiunt hanc impietatem: vt ex viro
et femina aſſerant eum natum:ſed con
fitentur de ſpiritu ſancto et maria vir-
gine. Nec tamen ſemp eum fuiſſe deū
et verbum ac ſapientiam dei fatentur.
Corporalem vero legis obſeruantiam
cuſtodiūt.Apoſtoli aūt epiſtolas oēs
pariter reſpuunt. ꝛ ipm apoſtatā legis
appellant. Utuntur et euangelio vno
quodam qđ ſcđm hebreos appellatur.
Cetera omnia nihil ducunt. Sabbata
cum iudeis ſecundum legem,nobiſcum
dominicam diem ſacratam pro reſurre
ctione domini obſeruant.Unde compe
tenter ebionite pro paupertate intelli-
gentie compellati ſunt.

¶ Capi.xxij.de cherintho heretico.

HJſdez tempo
ribus etiam alterius here-
ſeos abortum principē che
rinthū accepimꝰ.De q gayꝰ
cuiꝰ iā in ſupioribꝰ fecimꝰ mētionē ꝛ di

ſputationum ſuarum dialogo ita ſcri-
bit. Sed ⁊ cherinthus inqt ꝑ reuelatio
nes quaſdam quas velut a magno apo
ſtolo cōſcriptas: ⁊ ꝑ angelos ei reuela-
tas putaret: alia quedam portenta no-
bis introducit. Poſt reſurrectionez ter-
renum dicit futuꝝ eſſe regnum chriſti ī
hieruſalem. Et hoīes in carne iteꝝ con
cupiſcentijs ⁊ vitijs ſubiectam ꝯuerſa-
tionem habituros. Cōtra fidem quoqꝫ
ſcripturarum quoſdam mille annos de
ſignat: in quibus multa quidem et alia
corruptionis operā ⁊ nuptiarum feſti-
uitates dicit futuras: ad eos qui libidi
ni ſunt dediti decipiendos. Sed et dio
nyſius cū de iohannis reuelationibus diſ
ſereret: et quedam ſm̄ ea q̄ antiquitus ec
cleſie tradita fuerant diſputaret: mētio
nem facit hui⁹ ipſius viri in his verbis.
Cherinthus inqt a quo ⁊ cherinthiana
hereſis oborta eſt: figmenti ſui auctori
tatem magni nominis acquirere: ſecun
dum ſcripture hui⁹ prauā intelligētiā
geſtiebat. Quippe cui⁹ hec erat hereſis
vt affirmaret terrenū futuꝝ eſſe xp̄i re
gnum. Et q2 erat ventri et gule ac libi
dini deditus ea futura decernebat: que
ſibi propria libido dictabat. ventris et
eorum q̄ ſub ventre ſunt incitamēta: ci
bis: potibus: nuptijs: predicabat explē
da. Et vt aliquid ſacratius dicere vide
retur legales agebat feſtiuitates rur-
ſum celebrandas: et hoſtias carnales
iterum iugulandas. Hyreneus vero ſe
cretiora ipſius heretici in primo ope-
ris ſui libro publicauit. Que ide diſcat
ſi quid plenius ſcire vult.

¶ Capitulum.xxiij. de nicholao ⁊ here
ſi nicholaitarum.

Ed et alia he
reſis q̄ appellatur Nicho
laitaruz ꝑpauco tempore
tenuit. Cuius etiam in re-
uelatiōe Johānis mētio facta eſt. Iſti
nicholauz vnū ex illis q̄ cum ſtephano
ab apoſtolis conſtituti ſunt diaconi: au
ctorem ſe habere iactabant. Sz clemēs
alexādrin⁹ in tertio libro ſtromatū: hec
eo ſcribit. Pulchrā inqt valde hic vxo-
rem habuit: ⁊ poſt aſcēſionē dn̄i ⁊ ſalua

toris nr̄i cū increparet ab aplis tanq̄ o
zelotipie iniuria ꝑductam in medium
vxorē ſuam ſi q̄s eā vellet habere ꝑmi-
ſit. Ex qua occaſione iſti ꝯn̄s putauere
vt ſm̄ hoc factum vel dictuz Nicholai
vnuſq̄ſqꝫ carne ſua in q̄ delectaret abu
teretur. Et obtinētes dictum vel factū
ſimpliciter vel innocēter: abſqꝫ vlla re-
uerentia promiſcuos nūc ⁊ illicitos cō
cubitus expetūt: hij qui ſub illi⁹ nomie
ſectā ſibi ꝓprie libidinis aſſumpſerūt.
Mihi aūt ꝯpertum eſt nicholaū nullaz
prorſus agnouiſſe mulierē preter eam
quā in matrimonio acceperat. Cuius
etiā liberi: femine q̄dez vſqꝫ ad vltimā
ſenectutem caſta virginitate durauerūt
filius aūt ipſi⁹ ſctitatem incorrupti cor
poris cuſtodiuit. Que cū ita ſe habeāt
ꝯſtat illud qđ in medio apl'orum ꝓzelo
tipie ſuaſitione ꝑduxit vxorem: ex ꝯtēp
tu vitij vel libidinis geſtum: quo ꝑ hec
cōtinentē ſe oſtenderet ei⁹ rei: quā nimie
putabatur expetere: ꝯtennendā magis
q̄ꝫ expetendā carnis edocēs voluptatē.
Qm̄ quidem nolebat vt opinor ſm̄ ſal
uatoris p̄ceptum duob⁹ dn̄is ſeruire: li
bidini ⁊ deo. Dicunt aūt etiā Mathiā
ita docuiſſe aduerſum carnē ꝓpugnādū
et in nullo prorſus voluptati ei⁹ ac libi
dini ꝯcedendum. Aiam vero alendā ſa
pientie paſtib⁹ ⁊ ſcientie cibis in mai⁹
ſemꝑ augendam. Hec de illis hereſib⁹
que tꝑibus memoratis a veritate decli
nātes cito extincte ſunt retuliſſe ſufficiat

¶ Capl'm.xxiiij. q̄ apl'i non ſunt aſper-
nati nuptias.

Clemens ſane hic cui⁹ vo
ces ānotauim⁹:
ſcribēs aduerſ⁹ eos q̄ nuptias ſpernūt
inter cetera ēt hec dīt. An et apl'os iprobāt?
Petr⁹ certe ac philipp⁹ ⁊ vxores habue
rūt ⁊ filias ēt viris nuptū dederūt. Sz
⁊ paulū nō tedet apl'm in q̄dā ep'la ſua
mentionē vel ſalutationē facere ꝯparꝫ
ſue: quam ſe ideo negat circūducere: vt
ad p̄dicationē euāgelij expeditior fiat.
Uerum qm̄ clementis fecim⁹ mentionē
abſurdum nō erit aliam q̄z eius memo
rabilem narrationem proferre quā in
ſeptimo eiuſdē operis libro ita inſeruit.
Aiunt inquit beatum petrum cū vidiſ-

ſet vxorem ſuam duci ad paſſionē gauiſum eſſe electionis gratia ac reuerſionis ad propriam domum: exclamaſſe poſt eam cum duceretur: ac proprio nomine compellantem dixiſſe. O coniunx memento domini. Talia erāt ſanctorū coniugia: taꝫ perfecta fuit affectio beatorum.

¶ Cap. xxv. de Johā. ⁊ philippi obitu.

OBitur qꝫ ō vite exitu petri vel pauli iam in ſuperioribus explanauimus: ſed ⁊ tempꝰ Johānis quo vita exceſſit ex parte iam diximꝰ: nunc ēt de loco quietis ſcdm fidem polycratis Epheſij epiſcopi edocere conueniens puto. Hic etenim polycrates victori epiſcopo vrbis Rome ſcribens: ⁊ ipſiꝰ ⁊ philippi apoſtoli: ac filiarum eius pariter meminit dicens. Sicut iam ſuperius inſeruimus quod magna lumina in Aſie partibus dormierūt: que reſuſcitabit dominus in nouiſſimo die aduentus ſui cū venerit in gloria: ⁊ requiret omnes ſanctos ſuos. Dico autē de philippo: inquit: q̄ fuit vnꝰ ex apoſtolis qui dormiuit apud Jerapolim. Sed et due eius filie mihi virgines conſenuere: et alia eius filia ſpirituſancto repleta permāſit apud Epheſum Et iohannes ille qui ſupra pectus dñi recumbebat: qui fuit ſacerdos dei pontificale petalū geſtās martyr ⁊ doctor optimꝰ apd Epheſum dormiuit. Hec etiaꝫ de locis: in quibus requieſcunt in ſummo pace adiecisse ſufficiat. Sed et gayꝰ: cuius ante mētio facta eſt: in dyalogo ſuo: quem cuꝫ proculo diſputans ſcribit: de filiabus philippi ſimul et obitu ipſius: conſonis vocibus memorat dicens. Poſt hoc autem pphetiſſe quattuor fuerāt philippi filie: cuius ſepulchrum eſt apud Jeropolym Aſie vrbē vna cū filiabꝰ ſuis. De his auteꝫ ⁊ Lucas in actibꝰ apoſtolorꝫ meminit: cum adhuc apud ceſareā degerēt: dicit ergo ita Venimus inquit ceſareā: ⁊ ingreſſi in domum philippi euangeliſte q̄ erat ex ſeptē māſimus apud eū. Huic auteꝫ erāt virgines filie quattuor pphetantes. His igit a nobis de apoſtolorꝫ tēpibus vel exceſſibus ꝓut potuimꝰ ex ſcripturis veterꝫ cōgregatis. Sꝫ ⁊ de ſcripturarū canonicarꝫ q̄ in auctoritate habeantur libris vel qui penitꝰ repudientur. Qui vero medij quodāmodo ad inſtructionem ab eccleſijs non etiā ad indubitantē auctoritatē recepti ſint cōſequēter expoſitis tēdamus ad cetera.

¶ Cap. xxvj. quomō Symeon hieroſolymorum eps mortem pro chriſto conſtantiſſime pertulit.

POſt Neronem Domitianūqꝫ: ſub hoc cuius nūc tpa memoramꝰ: p ſingulas ciuitates ex inſolētia ppl'i pſecutionē in noſtros accepimus motā.

A ¶ Quo in tpe. etiā Symeō Cleophe filiꝰ (quē ſcdm hieroſolymis ordinatū Epm ſupra edocuimus) p martyrium carnis vinculis reſolutꝰ eſt. Horum aſtipulator: ipſe ille eſt Egeſippꝰ: quē in pluribꝰ iam pduximus teſtem. Js ergo refert: q a quibuſdā hereticis accuſatus ſit ſupradictꝰ vir tanq̄ xp̄ianus ⁊ multis ſupplicijs afflictꝰ p multos dies: ita vt etiā iudex ipſe cū amicis ſuis ō eius patiētia miraretur. Et ad vltimū iuberet ſimili eū qua dñs ꝓtulit paſſionē vitam finire. Sed ⁊ ipſa verba q̄bus hec ꝓteſtat addere gratiꝰ puto. Ait ergo cū de hereticis diceret. Ex his igitur ipſis accuſauerūt q̄dē ſymeonem cleophe filiū: tanq̄ qui eſſet ex genere dauid ⁊ xp̄ianus. Et ita martyr effectus eſt: cū eſſet annorꝫ centū viginti ſub traiano Ceſare apud atticū conſularem. Addit aūt etiā hoc qd accuſatores eius cū in illis tpibus pquirerētur ſi qui ex genere dauid et ex regia tribu deſcēderent cōprehenſi ſunt inter ipſos Qd aūt ſymeō vnus fuerit ex ipſis auditoribus dñi: vel lōgeuitas eius inditio eſt vel euāgeliorꝫ fides vbi etiā mater eius maria cleophe vxor refert. Sꝫ ⁊ alios quoſdā idē ſcriptor refert pter eos de qbꝰ diximꝰ nepotes. Jude vniꝰ ex fratribꝰ dñi p idē tps ſupſtites inuētos et domitiani tēporibus martyres factos. hoc modo ſcribens. Venūt igitur hi ⁊

tur hi ⁊ preſunt omni eccleſie tāq̄ martyres et propinqui domini:et reddita pace eccleſie permanſerūt vſq̄ ad tpa traiani ceſaris:vſq̄quo cōſobrinus domini Symeon(de quo ſupra diximꝰ)filius cleophe calūniaȝ pateret̄ ab hereticis tanq̄ chriſtianus conſulari delatꝰ.Cūq̄ multo tpe ſupplicijs fuiſſet affectus martyrio cōſummatus eſt:oībus qui aderāt ⁊ ipſo iudice mirantibꝰ vt centum viginti annorum ſenex crucis ſupplicium pertuliſſet.

B ¶ Poſt hec idē ſcriptor addit etiā hoc qđ vſq̄ ad illa tempora virgo munda ⁊ immaculata pmanſit eccleſia. Corruptoribus veritatis ⁊ diuini verbi temeratoribus aut nunq̄ omnino extantibus aut etiā ſi quid forte fuerāt in occultis ⁊ abditis hiatibus terre deliteſcentibus.vt ꝟo ⁊ apoſtolorū chorus et omnis illa etas que a domino ſuſceperat viuevocis auditū de hac luce diſceſſit.tum velut in vacuā domū falſe doctrine impius ſe error immerſit et tāq̄ vbi nullus iā:diuini cēſus defenſor exiſteret.nudato vt aiūt capite corripientes arma mēdacij oppugnare aplicā veritatē nitunt̄.Sed iſtud bellū intrinſecus gerebat̄.Perſecutionū ꝟo extrinſecus pondus vrgebat eccleſiam ⁊ caȝ immenſe caterue martyrū quotidie iugulabant̄.vt Pliniꝰ ſcđs qui tunc ꝓuinciā amminiſtrabat multitudine iterem ptorum pmotus referret ad imperatorem q̄ innumera hoim milia quotidie obtruncarent̄:in quibus nihil omnino ſceleris deprehenderet̄ admiſſuȝ.aut aliquid contrariū romanis legibus geſtum niſi hoc ſolū q̄ antelucanos hymnos chriſto cuidam canerēt deo. Adulteria vero vel cetera huiuſmodi crimina apud eos illicita haberi ⁊ penitꝰ arceri.Cetera vero ſecundum leges eos agere communes.

¶ Capitulū vigeſimūſeptimū.q̄ traianus xp̄ianos vetuerit inquiri.

A D quem tunc Traianus reſcripti ſui auctoritate decernit.vt xp̄iani nō quidē req̄rant̄ ſi q̄ tñ inciderint puniāt̄ p qđ ex parte aliqua pſecutiōis ſedatū putabat̄ incēdiū. Sȝ his q̄ nequitiā ſuā aduerſum nos exercere cupiebāt ledēdi occaſio nō videbatur exēpta.Interdū eñ ppl's iſtigabat̄ interdū ēt iudex occaſionibꝰ vtebat̄:et negabat q̄ſitos quos punire voluiſſet oblatos:hec tertulianꝰ in apologetico ſuo dicit ex quo poſſunt iſtrui plenius ſcire cupientes.

O Bitur in vrbe roma tertius ab aplis clemēs nouē ānis ſacerdotio pfunctꝰ.Euariſto diuini ꝟbi tradit miniſteriū. In hieroſolymis ꝟo Symeōe de q̄ ſuperiꝰ diximꝰ defuncto iuſtꝰ q̄dā ex his q̄ de circūciſione ad fidē xp̄i venerāt epatū ſuſcepit. Quibꝰ tpibꝰ apud Aſiā ſuperat adhuc ⁊ florebat ex aplorū diſcipulis policarpꝰ myrneorū ecclie eps:⁊ papias ſilr apud Jerapolym ſacerdotium gerens.

¶ Capitu.xxix.de ignatio ⁊ epiſtolis eius. A

S Ed ⁊ i noſtra quoq̄ tpa fame celebritate vulgatꝰ ignatius apud anthiochiam poſt petruȝ ſcđa ſucceſſiōe epiſcopatū ſortitus eſt. Quē ſermo tradidit de ſyrie partibꝰ ad vrbē romā trāſmiſſuȝ ⁊ ꝓ martyrio xp̄i ad beſtias datū.Quiq̄ cuȝ p aſiam ſub cuſtodia nauigaret ſingulas quaſq̄ digrediēs ciuitates ecclie populos euangelicis cohortationibus edocebat in fide pſiſtere ⁊ obſeruare ſe ab hereticorū ꝯtagijs q̄ tūc primū copioſius ceperāt pullulare:⁊ diligentiꝰ ac tenatius apoſtolorū traditionibꝰ inhererent. Quas traditiones cautele gr̄a ⁊ nequid apud poſteros remaneret icerti etiā ſcriptis ſe aſſeruit epiſtolis reliq̄ſſe.Deniq̄ cuȝ ſmirnā veniſſet vbi erat Polycarpꝰ ſcribit ide vnā:epiſtolā ad epheſios eorūq̄ paſtorē in q̄ meminit ⁊ Oneſimi Aliaȝ magneſie ciuitati que.ſ.meādrū iacet. In q̄ ⁊ epi Damici mētionē facit.Sed ⁊ ecclie q̄ ē trallis ſcribit cuiꝰ pncipē tūc eſſe polimiū deſignauit.In ea ꝟo quaȝ

ad roma. ecclīam ſcribit depcatur eos ne ſe tāq̄ ſupplicijs ſuis pcētes velint ꝑuare martyrio. Et his poſt aliquanta vtit̄ v̄bis a ſyria inqt romā cū vſq; be-ſtijs terra mariq; ꝯpugno die ac nocte ꝯnex⁹ ꝛ colligat⁹ decē leopardis de mi-litib⁹ dico ad cuſtodiā datis: q̄ ex bn̄fi-cijs nr̄is ſeuiores fiūt. Sʒ ego eoꝝ neq̄tijs magis erudior nec tn̄ in hoc iuſtificat⁹ ſuʒ. O ſalutares beſtias q̄ ꝑparant mihi qn̄ veniēt qn̄ emittent qn̄ eis frui lʒ carnib⁹ meis quas ꝛ ego opto acriores parari ꝛ inuitabo ad deuorationeʒ mei ꝛ depcabor ne forte vt in nōnullis fecerūt timeāt ꝯtingere corpus meuʒ. Quinimo ꝛ ſi cūctabunt: ego vim faciā. Ego me ingerā. Date q̄ſo veniā ego noui qd̄ expediat mihi. Nunc incipio eſſe diſcipulus xp̄i. Faceſſat inuidia vel humani affect⁹ vel nequitie ſpūalis vt ieſum xp̄ʒ merear adipiſci. Ignes vel cruces beſtie diſp̄tiones oſſiū diſcerptioneſq; mēbroꝝ ac toti⁹ corporis pene ꝛ oīa in me vnū ſupplicia diaboli arte queſita conflent dum mō ieſum xp̄m merear adipiſci. Hec ꝛ multa alia his ſimilia ad diuerſas eccleſias ſcribit.

B ¶ Sʒ ꝛ polycarpū velut apl̄icum virū datis lr̄is anthiochenā ei ecclīam p̄cipue ꝯmendat ad ſmyrneos ſane ſcribens vtit̄ v̄bis quibuſdā (vnde aſſumptis neſcim⁹) quibus hec de ſaluatore ꝑloquit̄. Ego autē poſt reſurrectionē quoq; i carne eū ſcio fuiſſe ꝛ credo. Nā ꝛ cū veniſſet ad petrū ceteroſq; ait eis. Accedite ꝛ videte: q2 nō ſum demoniū incorporeum. Qui ꝛ cōtingentes eum crediderūt ei. Scit autem et hyreneus eius martyriū: ꝛ mentionē facit ſcriptorum eius p̄ hec v̄ba. Sicut dixit inquit quidā ex noſtris ꝓ martyrio chriſti dānatus ad beſtias. Frumētū inquit ego ſum dei beſtiaꝝ dentibus molor ꝛ ſubigor vt panis mūd⁹ efficiar chriſto. Sed ꝛ policarpus horum memoriā facit in epiſtola quā ad philippēſes ſcribit per hec. Depcor inquit omnes vos obediētie operam dare ꝛ meditari patientiaʒ quā vidiſtis in ignatio ꝛ ruſo ꝛ zoſimo beatis viris. Precipue aūt in paulo et ceteris apl̄is q̄ fuerūt apud vos ſcientes q2 hij omnes nō in vacuū ſed p̄ fidē ꝛ iuſticiā cucurrere vſq;quo ꝑuenirent ad locū ſibi a dn̄o preparatū. Cū quideʒ paſſionū eius participes extiterūt nec dilexere preſens ſeculū ſed eū ſolū qui pro ipſis ꝛ ꝓ nobis mortuus eſt et reſurrexit. Et poſt pauca ſubiungit. Scripſiſtis mihi ꝛ vos ꝛ ignatius vt ſi q̄s vadit ad ꝑtes ſyrie deferat lr̄as ad vos. Qd̄ faciā cū tēpus inuenero. Mittaʒ vobis ꝛ ignatij epl̄as ꝛ alias ſi que ſunt q̄ ad nos trāſmiſſe ſunt: ex quibus vtilitatem maximā capiatis continent eīm de fide ꝛ patiētia inſtructionē perfectā ſm̄ domini preceptuʒ. Hactenus de ignatio.

¶ Cap. xxx. de quibuſdaʒ euangeliſtis qui poſt apoſtolos claruerunt.

POſt hūc rexit ecclēſiā ciuitatis antiochene heros. Inter eoſdē ſane floruit vir eque inſignis Quadratus. Qui vna cū philippi filiabus in ꝓphetica gratia celeberrimus fuiſſe ꝑhibet̄. Sed ꝛ alij plurimi per illum tēpus apl̄orum diſcipuli ſuperſtites erant qui eccl̄ie fundamētis que ab illis locata fuerāt digniſſima deſup fidei edificia cōſtruebant augentes in oībus predicationē verbi domini: ꝛ ſalutaria ſemina regni celoꝝ per omnē terram latius diſſerētes. Deniq; nōnulli ex his ardētiore diuine philoſophie cupiditate ſuccenſi animas ſuas v̄bo dei cōſecrabāt explentes perfectionis ſalutare p̄ceptū: vt facultates ſuas primo indigentibus diuidētes expediti ad p̄dicandum euangeliū fierēt. Ut ſi quib⁹ forte prouincijs nomē fidei eſſet cognitum p̄dicarent primaq; apud eos fundamēta euāgelij collocātes atq; electis q̄buſq; ex ipſis officium regende eccl̄ie quā fundauerāt ꝯmittētes, Ipſi rurſuʒ ad alias gētes aliaſq; ꝓuincias properabāt: ꝛ euāgeliſtaꝝ fungebant̄ officio. Quoſq; ſilr̄ vt in exordio apl̄os diuinorū ſignoꝝ comitabant̄ effect⁹ ꝛ ſctī ſpūs grā ita vt videres vna allocutione integros ſimul populos ad cultū diuine religionis adduci ꝛ p̄dicantiū verbis nō

eſſe tardiorẽ audientium fidẽ. Uerũ qm̃ impoſſibile eſt nobis ſingulos enumerare qui poſt ap̃loꝝ p̃mas ſucceſſiões in eccleſijs q̃ per orbẽ terre ſunt vel p̃ncipes vel euãgeliſte fuerint vel paſtores illos tãtũmõ commemoraſſe ſufficiat quoꝝ libris inſerta ad nos vſq; fidei ⁊ p̄dicatiõis monumẽta venere. Ut clemẽtis ⁊ ignatij ceterorũq; quorũ ſuperius fecimus mentionem.

¶ Capitu. xxxi. de epiſtola clemẽtis ad corinthios ⁊ libris papie.

Clemens tamen in ep̃la quã ad corinthios ſcripſit meminit ep̃le pauli ad hebreos ⁊ vtitur eius teſtimonijs.

A ¶ Uñ ↄſtat q; ap̃ls tanq; hebreis mittendã patrio eã ſermone cõſcripſerit: ⁊ vt quidã tradũt, Lucã euãgeliſtã: alij aũt hunc ip̃m clemẽtẽ interp̃tatũ eſſe: qđ ⁊ magis verũ eſt: q; ⁊ ſtilus ipſe epiſtole clemẽtis cũ hac concordat et ſenſus nimirũ vtriuſq; ſcripture plurimam ſimilitudinẽ ferunt. Dicit̃ tñ eſſe alia clementis ep̃la cuius nos notitiã non accepimus. Sed ⁊ alia ei⁹ opuſcula nõ minima a nõnullis haberi p̃hibẽtur velut petri ⁊ appionis diſputatio: q̃ in vſu a veteribus habita minime reperimus: q; nec pura in eis ⁊ incorrupta apoſtolice fidei regula manſiſſe dep̃rehẽdit̃. Papie quoq; ferunt̃ quinq; libri qui attitulatur verborum dominicorũ explanatio horũ facit ⁊ Hyreneus mẽtionẽ p̃ hec verba. ¶ Hec aũt ⁊ papias iohannis auditor policarpi vo condiſcipulus ⁊ ſodalis vir vn⁹ ex antiquis: proteſtat̃ in p̃mo libro ſuo. Quinq; eñ volumina conſcripſit. Hec quidẽ hyreneus de papia. Ipſe vero de ſe indicat tanq; qui non ab ap̃lis ſed ab eoꝝ diſcipulis ſuſceperit fidem: p̃ hec v̾ba Nõ pigebit autẽ nos tibi oĩa que quondã a preſbyteris didicimus ⁊ bene retinemus recordãtes exponere cũ interp̃tationibus ſuis: ⁊ vt ſe coꝝ v̾itas habeat explicare. Neq; eñ multa dicentibus: ſed vera tradentib⁹ auſcultauim⁹ neq; his qui hominum precepta ſed qui domini mandata memorabant ab ipa veritate ſuſcepta. Quod ſi quando adueniſſet aliq̃s ex his qui ſecuti ſunt apoſtolos ab ipſo ſedulo explicabar quid Andreas qđ Petrus dixerit qđ autem Philipp⁹ vel Thomas quid vero Jacob⁹ quid Johãnes aut quid Mathe⁹ vel alius qui ex diſcipulis domini: q; ve Ariſtion vel iohannes p̃sbyter ceteriq; diſcipuli dicebant. Hec eñ tantũ mihi libroꝝ electiones p̄deſſe credebam q̃ntum viue vocis p̃ſentiſq; magiſteriũ. Sed mihi dignũ videt̃ intẽdere q; ſcđo nomẽ Johãnis enumerat et eũ quidẽ cuius primo meminit Petro ⁊ Jacobo ac Matheo ceteriſq; ap̃lis ſociat quem ſine dubio ip̃m euãgeliſtã eſſe et ap̃lm ↄſtat. Aliũ vero Johannẽ diſtinctione quadã facta extra ap̃loꝝ numerũ collocat, p̃ferẽs ei Ariſtionẽ quendã ⁊ euidẽter eũ p̃sbyterũ nominat: vt p̃ hec comprobet verum eſſe illud qđ quidã Aſiã ſcribunt q; duo ſint apud Epheſum ſepulchra ⁊ vtrumq; Johannis appellatur. Quibus ſi diligentius intẽdamus fortaſſis ſecundus hic erit Johannes ſi ille non creditur primus ſub cuius nomine reuelatio habetur que appellatur Johannis. Sed ⁊ hic ip̃e de quo nobis ſermo eſt Papias apoſtolorum ſe verba ab his qui ſecuti eos fuerant Ariſtione videlicet ⁊ Johanne presbytero aſſerit ſuſcepiſſe. Unde ⁊ frequenter nominatim in commentarijs ſuis a Johãne ⁊ ariſtione traditum ſibi de ſingulis quibuſq; commemorat. ¶ Meminit ſane idem ipſe etiam de quibuſdam mirabilibus in opere ſuo que preterеunda nemini cenſeo. Per philippi enim euãgeliſte filias ⁊ p̃hetiſſas hec ſibi tradita eſſe deſignat. Mortuũ reſurrexiſſe temporibus ſuis dicit. Sed ⁊ de Juſto qui cognominat⁹ eſt Barſabas refert miraculũ ingens quia venenũ biberit ⁊ nihil ex hoc triſte pertulerit p̃pter domini fidem. Juſtus autẽ ip̃e eſt hic qui poſt ſaluatoris aſcenſum a ſanctis apoſtolis cum Mathia ad apoſtolatus ſortem ſtatutus eſt ſicut in actibus apoſtolorum commemoratur. Dicit autem ⁊

alia plurima a maioribꝰ ſibi tradita mi
racula ⁊ nouas quaſdā parabolas ſal
uatoris ⁊ doctrinā incognitam magiſqꝫ
fabuloſam. Mille annos futuros poſt
reſurrectionem quibus corporaliter re
gnum chriſti in hac terra futurū ſit. Sꝫ
ego puto eū ſpirituales ⁊ miſticas apo
ſtolorum traditiones corporaliter ⁊ ſm
litteras ſuſcepiſſe nec potuiſſe diſcerne
re ea que illi i figuris velut lactātibus ⁊
paruulis loquebantur. Qui ⁊ reuera ēt
ex ipſis que cōſcripſit opuſculis exigui
ſenſus vir ꝯminus capacis oſtenditur.
Multis tñ poſt ſe eccl'iaſticis viris er
roris huius pbuit cauſas auctoritatē
dogmati tñ ex vetuſtate tribuens non
etiā ex rōne dictorum ſicut hyreneo ⁊ ſi
quis alius eū in hac parte viſus eſt ſe
qui. Alia quoqꝫ quāplurima ſupra me
morati Ariſtionis refert tanqꝫ ex vbis
domini tradita ⁊ Joannis preſbyteri
que ſi quis vult plenius noſcere ipſos
eius relegat libellos. Nos tñ illud aſſu
memus ex his qđ de Marco euangeli
ſta his protulit verbis: Etiā hoc inquit
preſbyter narrabat qđ Marcus inter
pres fuerit, Petri ⁊ quecūqꝫ meminerit
ab eo dicta conſcripſerit. Non tamen p
ordinē ea que a domino dicta ſunt vel
facta digeſſerit qꝛ non ipſe auditor dñi
fuerit vel ſectator ſed nouiſſime: vt dixi
petro adeſit ad vſum ac miniſteriū pre
dicandi non ad conſcribendos domini
ſermones. Itaqꝫ nihil peccauit Marcꝰ
in eo quod ita quedam ſcripſerit quaſi
qui paſſim audita recordari videatur.
Et hoc ſolum ſatis egit ne quid ex audi
tis omittere aut aliqđ falſum ſcriberet.
Hec de marco ſcribit papias. Sed ⁊ de
Matheo ita refert. Matheꝰ quidē ſcri
pſit hebreo ſermone, Interpretatus eſt
aūt ea que ſcripſit vnuſquiſqꝫ ſicut po
tuit. Hec etiā de Matheo. Utitur ſane
idē papias teſtimonijs ex epiſtola Jo
hannis prima et petri ſimiliter prima.
Simul ⁊ hyſtoriam quandā ſubiungit
de muliere adultera que accuſata eſt a
iudeis apud dñm. Habetur autem in
euangelio quod dicitur ſcđm hebreos
ſcripta iſta parabola. ſed de his iſta ſuf
ficiant.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit liber quartus.

¶ Capitulū .j. de quorūdam epiſcoporum ſucceſſione ſimul iudeorum contra gentiles ſeditione.

Duodecimo an
no principatꝰ traiani
Ceſaris cerdō quem
paulo ante memora
uimus Alexādrinorū
gubernare plebē dic
obijt. Poſt quē quar
tus ab aptis, Primꝰ nōīe, ſacerdotij ini
bi iura ſuſcepit. Eadē tēpeſtate alexan
der quoqꝫ rome cū octauū annū, Euari
ſtus ſacerdotalis adminiſtratiōis iple
ſet: quinta ſucceſſione poſt petrum atqꝫ
paulum plebis gubernacula ſortitꝰ eſt.
Et quidem ſaluatoris noſtri inſtitutio
eccleſiarūqꝫ profectus creſcebat indies
Judeorum porro funera dēſiſſimis cla
dibus exagitabantur. ¶ Itaqꝫ poſtqꝫ
predictus impator annū octauūdecimū
principatꝰ ingreſſus eſt rurſus iudeoꝝ
tumultus exarſit. Quo magnꝰ mox nu
merus gētis eius occubuit. Nā ⁊ alexā
drie ⁊ per egyptū vel cirenē tanqꝫ atro
ci quodā ſeditioſoqꝫ ſpiritu exagitati.
primo ſimul cōmanentibus viciniſqꝫ gen
tibus inferre certamia. Tū deinde pau
latim ſeditiōe creſcente ſequēti iam an
no bellū publicū ⁊ nō minimū intulere,
Romano duci tūc lupo cuidā in partibꝰ
egypti: ac ſane primo plio iudeos ſecuta
victoria eſt. Sed gentiles qui ex acie fu
gerant irrumpentes alexādriā iudeos
ſi quos forte ibi repererūt captos in
terimere. Quoꝝ auxilio deſtituti reliq
qui apud Cyrenē rebelles extiterāt ve
lut deſperantes ad agros Egypti ⁊ ca
ſtella vaſtanda vertūtꝰ duce luca. Ad
uerſus hos imperator mittit cū exerci
tu peditū atqꝫ equitū ſed ⁊ nauali ma
nu: martium turbonē. Qui multis ſane
prelijs nec paruo tpe cōſumptis multa
milia iudeoꝝ nō modo apud cyrenem:
ſed ⁊ in egypto qui luce auxiliū ferebāt
proſtrauit ac pertulit.

¶ Capitulum.ij.qualia ſub traiano paſſi ſunt iudei.

PRinceps vero romanus etiam eos ꝗ apud meſopotamiã conſiſtebant iudeos ratꝰ ſimilia auſuros, Lutio quieto ꝑcipit de re ꝓuinciã fundituꝰ ac totam gẽtẽ penituꝰ excidere. Tũ ille directa acie magnã eorũ multitudine ſternit. Cuius facinoris gratia quietꝰ renumerationis vicez ab imperatore ꝓuincie iudee adeptus eſt preſidatũ. Sed hec etiã grecoꝝ gentiliũ hyſtoriographi ꝑ ſingulas quaſqꝫ etates eodẽ ordie memorie tradiderũt.

¶ Cap̃.iij. qui ſub adriano fidei deffenſiones ſcripſerint.

TRaiano autẽ viginti annis minus ſex menſibꝰ principatu perfuncto. Heliꝰ hadrianꝰ in ſceptro ſuccedit. Huic ꝗdratꝰ orõne ſplẽdidiſſima apologeticũ librũ pro nr̃a legione cõſcriptũ ⁊ validiſſimis cõmunitũ aſſertionibus obtulit. Qm̃ quidẽ maligni quidem hoies ſub eodez principe noſtros nitebantur inceſſere. Qui liber hodieqꝫ ſeruat̃ ⁊ apud nos ⁊ apud multos ex fratribꝰ noſtris. Ex quo volumine inditia magni cuiuſdã viri ⁊ mentis ac fidei aplice eius ſcꝫ qui cõſcripſerat colligunt. Idẽ igitur ipſe ſue antiquitatis ſpecimẽ talibꝰ exprimit verbis. Noſtri aũt ſaluatoris inquit opera ſemper aderant viua ⁊ vera in his ꝗ ſanati fuerant ⁊ in his ꝗ a mortuis excitati ſunt. Non eñ viſi ſunt tãtũmodo vel reſurgere vel ſanari: ſed perpetuo ab hoibus videbant̃ nõ tm̃ ſaluatore ꝑſente ſed et poſt diſceſſum eius multis tꝑibus ita vt aliquãti qui ab eo vel curati vel reſuſcitati ſunt etiã ad noſtra vſqꝫ tꝑa ꝑdurarint. Et de hoc quidẽ ſatis dictũ. Sed ⁊ ariſtides vir fidelis ⁊ pietate noſtre religionis imbutꝰ quadrato ſimile volumẽ ad adrianũ pro fide noſtre rõne conſcripſit: cuius etiã nunc ſcripta ſeruantur.

¶ Capitulum. iiij. de epiſcoporum alexandrinorum ⁊ hieroſolymorum ſucceſſione,

TErtio autem eiuſdẽ principatꝰ anno alexander ep̃s romane vrbis ſacerdotiũ ſimul ac vitã finiuiſt decennio expleto. Huic ſubrogat̃ ſixtus. Sed ⁊ alexãdrie eodẽ tꝑe defuncto Primo, duodecimo ſui ſacerdotij anno ep̃atũ Juſtus excepit. In hieroſolymis ſane epoꝝ tempora ſucceſſioneſqꝫ nullis ad integrũ monumẽtis ꝯſeruata reperimus eo ꝙ valde ad breue tẽpus mortis celeritate ꝑrepti ſacerdotio ſinguli quiqꝫ functi perhibeant̃: ita vt quãtũ ex veterũ lectione comperio ad tꝑa vſqꝫ principis hadriani ſub quo iudei excidium paſſi ſunt: tradant quindecim epoꝝ ſucceſſiões eẽ decurſas. Quos oẽs aiunt hebreos antiq̃ originis extitiſſe ⁊ ſcientiã xp̃i fideliter recepiſſe. Et ideo incunctanter ab his qui poterant de fidei merito iudicare ſacerdotio ꝗꝫ viſos eſſe digniſſimos: quippe cũ omnis tũc eccleſia ex hebreis fidelibꝰ coacerua ta firmataqꝫ videret̃ incipientibus ab apoſtolis ⁊ ꝑdurãtibus nimirũ vſqꝫ ad illud tp̃s excidij quo iudei iterũ deficiẽtes a romanis magnis rurſuz ꝑlijs ſubiugati ſunt. Igitur qꝛ per idem tp̃s aſſumere ep̃os ex circũciſione ceſſatũ eſt: neceſſarium videtur omnes a primo vſqꝫ ad id tp̃s enumerare pariter ſacerdotes. Primꝰ itaqꝫ iacobꝰ qui dñi frater eſt habitus. Poſt hunc ſymeõ electus eſt. Tertius iuſtus. zacheꝰ quartꝰ. deinde thobias quintꝰ. Beniamin ſextꝰ. ac ſeptimus iohannes. Tum mathias: quẽ philippus excepit. Cui decimus ſeneca ſubrogatꝰ eſt. Juſtus exinde: ac duodecimus leui. Poſt hunc effrem: ⁊ quartuſdecimus ioſeph. Ac finis oium iudas. Iſti ſunt fere oẽs qui hieroſolymi ep̃i ab apl'is ad illa vſqꝫ tempora ꝗ ſuperiꝰ deſignauimus plebi illi ex circũciſione prefuerũt. ¶ Rome aũt duodecimo anno memorati principatus, Sixto duodecim annis eccleſie gubernaculis functo thelesphorus ſeptimꝰ apl'is ſubrogat̃. Anno poſt quẽ ⁊ vno mẽſe alexãdrine eccleſie moderamẽ eumeneꝰ ſexta ſucceſſione ſuſcepit: cũ deceſſor eius

vndecim annis populo prefuiſſet.

¶ Cap̄.v.nouiſſimum iudeoꝝ exꝭcidium ſub adriano.

VErum iudaicis motibus ac factionib⁹ rurſus ad maiora ꝑgreſſis rufus iudee preſidens armata manu ſibi ab imꝑatore decreta:inſolentiaꝫ gentis acerrime cōprimebat: multa milia paſſim viroꝝ feminarum puerorumq̨ conficiens:quorum terras iure belli:romano vendicabat imperio. Tꝑe quo iſta gerebant̄:ducebat exercitum iudeoꝝ Barchochadas quidam qḋ nomen ſignificat ſtellam: ceterū vir crudelis et ſceleſtus. Sed ex vocabulo ſuo velut vilibus mancipijs perſuadebat:ſe ob ſalutē coꝝ ſidus magnū celit⁹ eſſe delapſum:egris.mortalibus longa obſcuritate damnatis ferre lucis auxiliū.Igitur cum maxime belli huius fomenta cōcreſcerēt:octauodecimo anno principatus eiuſdē:apud bethara oppidum preualidum hieroſolymis vicinū: cum longiorā romanis tenderetur obſidio:fame ac ſiti perduellib⁹ intrinſecus ad extremū internitionis adductis poſt q̄ dux ipſe precipue meritas ſuo facinore penas luit:omnis hec natio iā ex illo ab omni regione finitima hieroſolimorū penitus arcebatur cū ſanctione diuine legis:tum maxime cōſtitutionibus ⁊ decretis Adriani ita vt ne de celſiori q̄dem proſpectu:emin⁹ eis ſalteꝫ paternuꝫ ſolū prophanis obtutib⁹ liceret inſpicere.Ariſtopelleus hyſtoriograph⁹ iſta proſequitur.Ita factum eſt:vt ciuitas poſt interitum iudaice gentis incolis mox in eam peregrine nationis confluentibus permutatis ciuib⁹ etiā ipſa helia appellaret̄:ex cognomento imperatoris helij Adriani.Et vt in romanorū ius tota conuerſa ritum pariter mutaret ac nomen.

¶ Cap̄.vj.de pſeudo ſcriptorib⁹ ⁊ apoſtolis quos hiſdē tꝑib⁹ demō excitauit.

IGitur ex gentib⁹ vt inibi cepit eccleſia ꝯgregari:primus poſt eṗos ex circūciſione: ſacerdotiū ciuitatis illius accepit marcus. Cūq̨ iaꝫ refulgentibus in modū clariſſimoꝝ ſiderum eccleſijs vbiq̨ terrarū vigente etiā ꝑ omne genus hoim fide: qua cuncti pariter in ſaluatorem ac dominum noſtrum ieſum xp̄m:integre ⁊ cōſtanter crediderant:ille totius bonitatis emulus demon:vt pote veritatis inimicus: ⁊ ſalutis humane hoſtis perpetu⁹: oīa molimina cōtra deū eccleſiā verſans: q̄ pri⁹ exteri⁹ eam perſecutionib⁹ ⁊ hoſtilib⁹ oppugnauerat:nūc malignis quibuſdā viris ⁊ deceptoribus repertis inteſtino bello eā quatere nitit̄.Scilicet vt fraudulenti fallaceſq̨ homines. noſtre religionis ſimulato tantum nomine induti:fideliū quidē ſi quos forte perſuaſionis ſue fraude deciperent ꝓfundarent ignorātes vero ꝯfidei noſtre miſterium:peruerſis ⁊ feralib⁹ ſuis geſtis vel aſſertionib⁹ impeditos a deſiderio vere fidei ⁊ ſalutis longius ſummouerent. Igit̄ humani generis deceptor antiquus poſt menandrū quē ſupra retulimus ſymonis ſucceſſorē velut quandā beſtiā bino ore ſibilāteꝫ biniſq̨ linguis diabolica venena vibrātē ſaturniū quēdā antiochie gentiū ⁊ baſilidem alexādrie ortū produxit.Quorum vterq̨ ſuis in regionib⁹ officinas impie ac deo inuiſe ꝯdidit diſcipline.Et quidem in oībus pene ſaturniū eadē que menandrū ꝯmētatū eſſe ſignificat hyrene⁹. Baſilidem vero ꝑtextu iuſtitie doctrine immēſum te tēdiſſe mētis īpie cogitatū dū ꝓdigioſa fabularū figmēta ſibimet ꝯplacerēt.

¶ Cap̄.vij. de ſcriptorib⁹ eccleſiaſticis qui ea tempeſtate claruerunt.

SEd e cōtra multi adꝭmodū eccleſiaſtici viri pro ꝟitate fortiter ſtare:ac ſcriptis quoq̨ ⁊ aſſertionibus ꝟa rōne ſubnixis ꝓ ap̄lica ⁊ eccl̄iaſtica traditiōe certare vt ex libroꝝ monumētis ēt poſterꝫ ad cauēda hereticoꝝ venena munimē ⁊ ſubſidiū ꝑberet̄.E qb⁹ ꝑuenit ad nos liber celeberrimi ſcriptorꝫ ei⁹ tꝑis agrippe caſtoris ꝯfutationem baſilidis validiſſimā ꝯtinēs ꝑ quē ꝟſutia ⁊ calliditas viri ad decipiēdū nimis apta

detegitur. Deniqꝫ cũ publicaret ei⁹ archana dixit eũ de euãgelio quidẽ quattuor ꝛ viginti cõmentarios condidiſſe. Prophetas ꝟo ſibimet nũcupaſſe quoſdam barchabani: ꝛ barchob alioſqꝫ qui nunqꝫ extiterunt. Quos ipſe tñ cõſtitueꝛit ſibi ac barbarꝫ vocabulis vt eſſet appellatio ipſa terribilis nominarit. Docere etiam eũ refert: imolata abſqꝫ vllo reſpectu conſcientie deguſtanda ꝛ ſine ſcrupulo atqꝫ indifferenter fidẽ negandam perſecutiõis tꝑibus. Sectatoreſqꝫ ſuos ad morẽ pythagoricum docuit quinquẽnio ſilere. Addit alia quoqꝫ nõ pauca quib⁹ ſecte huius errorem penitus a ſe deprehenſum ꝛ cõfutatum eſſe declarat. ❡ Sꝫ ꝛ hyreneus ſcribit coeuũ tꝑe ꝛ moribus memoratoꝝ fuiſſe carpocratẽ quendã ſuperſtitionis alteri⁹ qui gnoſtici appellant̃ vocabulo ab ſcientia cõficto auctorẽ q̃ ſane ꝟſtigia ſymonis magi non vt ille clã. ſed publice ac palã tradebat: ꝛ velut pro ſummis atqꝫ optimis ſtudijs laudẽ cõfeſſam ac publicaꝫ de nefarijs artib⁹ a deceptis auditoribus reqrebat ꝛ magicas tenebras i luce publica perorabat. De amatorijs dũtaxat ſõnijſqꝫ imiſſis a demonijs ꝑ hacdris alijſqꝫ ſitibus fraudibus. deqꝫ his cõſequẽter doceri oportere oẽm hoiem decernebat q̃ ad ꝑfectionẽ ſui miſterij vl̃ potius ſceleris cuperet peruenire: aſſerens nõ aliter vnũquẽqꝫ effugere poſſe mundi hui⁹ principes vel declinare niſi per huiuſcemodi facinora ſua cuiqꝫ nefaria debita ſoluerentur.

B ❡ His igitur ille totius boni emulus vtẽs ſue malignitatis miniſtris taꝫ eos q̃ poſt fidẽ ab his decipiebant̃ rapiebat ad tenebras ſempiternas qꝫ alios q̃ necdũ crediderant (tãqꝫ hec eſſet noſtre religiõis infamia) ſummouebat a fide: dũ ob execrabilẽ hoꝝ hoim vitã ipſam xp̃ianoꝝ profeſſionẽ audiẽs quiſqꝫ vitaret. Nec aliũde tunc ſuſpitio de nobis tãqꝫ de vere impijs et inceſtis fuerat exorta qua aſſereret̃ illicitꝫ plebẽ noſtrã ſtupris ꝛ ꝓmiſcue habitis in matribus ac ſororibus pollui atqꝫ execrãdis ifanticidijs dapibus funeſtari: ſꝫ nõ in longũ durauit infamia vbi ſeipſa cepit veritas aperire. Quinimmo et clarius ac ſplẽdidi⁹ illuſceſſente vita noſtrorũ extinguebatur cõtinuo ſuperſtitioſi caligo figmenti. Et ſingulis quibuſqꝫ ſectis q̃ aduerſum veritatẽ exorte fuerãt euaneſcẽtibus vel in multifidas ac multiformes ſpecies diſſluẽtib⁹ ꝓficiebat ꝛ extollebat̃ indies ſolus vere et catholice eccleſie ſplendor nulla tẽporũ varietate fucatus: q: caſtimonia ſui ac puritate ꝛ diuine conuerſationis gloria ꝑ omne genus hominũ ſapientia: doctrina: fide: ꝛ actibus refulgebat. Etenĩ ipſo confeſtim tꝑe quo ceperat opprobrij huius flãma reſtincta eſt. Permãſit aũt apud ſinguloꝝ mentes veritas que ſuis ſemꝑ viribus nitens cõuincit ꝛ arguit falſitatẽ nec paſſa ẽ adulterino maledictorũ fuco eccleſie caſtitatẽ pudicitiãqꝫ lacerari. Intantũ vt ex illo ad noſtra vſqꝫ tꝑa: nullus tam ſeue mentis extiterit q̃ honeſtatem ꝛ caſtimoniã plebis noſtre ore ſacrilego cõcinnatis macularet opprobrijs. Sed ad romanos ꝛ ad grecos ad ſchytas ꝛ barbaros ꝛ ad ipſas pene in vltimis orbis partib⁹ recõditas nationes in tm̃ ſuauis odor de eccleſie geſtis ꝛ diuinum quãdã reſpirãs ſancte cõuerſationis aura peruenit: intm̃ ad aures oim ac mentes felix xp̃ianorum fama peruecta eſt: vt omne hoim genus legibus et ſuperſtitionibus patrijs relictꝫ ad fidẽ ſe cõuerteret xp̃i. Omniſqꝫ barbaries genuina feritate depoſita ad ieſum xp̃m concurreret: ꝛ diſceret ab eo q: mitis eſt ꝛ humilis corde.

C ❡ Extiterunt preterea ꝑ diuinam gratiã viri ea tempeſtate eruditiſſimi: q̃ ꝓbabiliter ꝛ ſufficienter obſcena hereticoꝝ cõmenta conuincerent ꝛ quid vera fides in eccleſia catholica caſtitatis haberet oſtenderent. In quibus egeſippus celeberrimus habebat̃: qui itegerrimã traditionẽ apoſtolice predicatiõis ſimplici ſermone conſcriptam in quinqꝫ libris memorie tradidit. Ubi et de ſuis ipſe temporibus aliquãta commemorat ꝛ de quibuſdã qui ſimulachra coluerãt talia quedã ſcribit. Quibus inq̃t templa immo potius ſepulchra fecerũt ſicut etiã nunc videmus. Ex quibus eſt

vnus antinous ſeruus adriani ceſaris
cui agones annui celebrantur qui anti-
noij appellantur noſtris adhuc tempo
ribus inſtituti. Nam ꝛ ciuitatem condi
dit eius nomini antinoꝛum. ꝛ tēplū eī ꝛ
ſacerdotes inſtituit ac ꝓphetas. Sꝫ et
iuſtinus fideliſſim⁹ noſtre philoſophie
ſectatoꝛ ꝛ in grecoꝝ diſciplinis erudi-
tiſſim⁹ ſcribens ad antoninū, Apologe
ticū ꝓ noſtra religione librū hoꝝ me-
minit ita dicēs. Non mihi videt abſur
dum meminiſſe in his etiam de anti-
no. qđ nuper geſtum eſt: quē oēs timo-
re pꝛincipis quaſi deū colere ceperunt.
Cū bene nouerint quis qualiſue paulo
ante fuerit ꝛ vnde duxerit genus. Idē
quoqꝫ ipſe etiā iudaici belli qđ tunc ge
rebat memoꝛiam faciens talia quedā
refert. Etenī in hoc qđ nūc gerit iudai-
co bello barchochabas pꝛinceps iudai
ce factionis chꝛiſtianos ſolos niſi nega
rent chꝛiſtum tamqꝫ blaſphemos ad ſup
plicia rapi iubebat. In quibuslibus et
de conuerſione ſua quam habuit a gen
tili philoſophia ad vere religionis fi-
dem: ꝙ non abſqꝫ ꝓbabili ratione ꝛ exa
minato iudicio ad hec cōuerſus ſit hoc
modo ſcribit. Nam ꝛ ego ipſe inquit ſe
ctis platonicis inſtitutus: audiēs infa
mari chꝛiſtianos: ꝛ videns eos impauí
dos ad ſuſcipiendā moꝛtē: atqꝫ omne
ſuppliciū tolerandū, conſiderabam ꝙ
impoſſibile eſſet malicia eos ꝛ in libidi
ne conuerſari. Quis enim aliquādo vo
luptuoſus ꝛ luxurijs deditus, ꝛ qui hu
manis carnibus veſci delicias putet:
moꝛtē libēter amplectitur qua ſcꝫ ipſa
confeſtim careat pꝛo qua infamari ma
luit voluptate. Quinimmo viuere per
petuo ſi liceret ꝛ lateret iudicia: in hoc
magis operam daret: nedū ſemetipſuꝫ
ſtatute ad pꝛofeſſe moꝛti ſtuderet offer
re. Sed et idem ipſe vir ſcribit Adria-
nū pꝛincipem: ſuſceptis a ſerenio gra-
tiano clariſſimo viro pꝛeſide litteris in
quibus de chꝛiſtianis percontabatur
reſcripſiſſe: ꝙ non eſſet iuſtum chꝛiſtia
nos nulli⁹ criminis reos abſqꝫ iudicio
legibuſqꝫ puniri. Simul ꝛ exemplum
epiſtole ipſius ſubijcit continētis hūc
modum.

¶ Capitulū. viij. de Epiſtola Adria
ni que perſecutionem in noſtros pa
rumper repꝛeſſit.

Exemplū epi-
ſtole imperatoꝛis Adria-
ni ad minutiū fundanium
pꝛocōſulem Aſie. Accepi
litteras ad me ſcriptas a deceſſoꝛe tuo
Serenio gratiano clariſſimo viro: et
nō placet mihi relationē ſilētio pterire
ne innoxij pturbentur et calumniato-
ribus latrocinandi tribuatur occaſio.
Itaqꝫ ſi euidēter ꝓuinciales huic peti
tioni ſue adeſſe valent aduerſum xpia-
nos vt pꝛo tribunali eos in aliquo ar-
guāt hoc his exequi non ꝓhibeo. Pꝛe
cib⁹ aūt in hoc ſolis ꝛ acclamationibus
vti eis nō pmitto. Etenī multo equius
eſt ſi quis volet accuſare: te cognoſcere
de obiectis. Si quis igitur accuſat et
ꝓbat aduerſum leges qcqꝫ. agere me
moꝛatos hoīes ꝓ merito peccatoꝝum
etiā ſupplicia ſtatues. Illud me hercle
magnopere curabis vt ſi qs calūnie grā:
quēqꝫ hoꝝ poſtulauerit reū in hunc ꝓ
ſui neqtia ſupplicijs ſeuioꝛib⁹ vidices.

¶ Capitulum nonum de ſucceſſio-
ne quoꝛundam epiſcopoꝛum Ro-
me ꝛ Alexandrie.

VErum adria
nus poſt hec viceſimo pꝛi
mo anno ſui pꝛincipatus
diē obijt. Et antoninus co
gnomento pius romanū ſuſcepit im-
perium. Hui⁹ pꝛimo anno Teleſpho-
rus annis vndecim ſacerdotio in vꝛbe
romana amminiſtrato vita deceſſit: et hi
ginus epiſcopatus ſoꝛtem romane ſu-
ſcepit eccleſie. Ueruntamen hyreneus
refert Teleſphoꝛum martyꝛio vitā fi
niſſe: ſimul indicans hyginī epiſcopi
tēpoꝛibus Ualentinum auctoꝛem valē
tiniane hereſis extitiſſe: ꝛ cerdonē quē
dam erroꝛis illius pꝛincipem: quem po
ſtea Martiō ſecutus eſt. eoſqꝫ vno tem
poꝛe rome: ſed ꝛ diuerſis imperātibus
aſſeruiſſe. Scribit autem ita.

¶ Capitulum decimum. de quibuſdā
pſeudo apoſtolis.

NAm valentinus venit romã ſub hygino. Inualuit autẽ tẽporibus piỹ ⁊ ad anicetũ vſq; durauit. Ceſdo vero: qui ante marcionem fuit: ⁊ ipſe ſub igino: qui erat in vrbe roma ab apoſtolo nonus epiſcopus venit. Qui tamen aliquando quidem quaſi penitens ⁊ errorem confitens excuſabat: aliquando rurſum occulte: interdum etiam publice impietatem docebat. In quo conuictus: a cetu fraternitatis arcetur. Hec aũt dixit hyrene⁹ in tertio aduerſus hereſes libro. In primo autem libro nihilominus de cerdone hec dixit. Ceſdo vero a ſectatorib⁹ ſymonis impietatis ſue occaſionibus ſumptis romam venit ſub higino: ibiq; docuit q̃ is q̃ a lege ⁊ pphetis predicatus eſt deus. non eſſet ipſe pater dñi noſtri ieſu xp̃i. Quia ille quidẽ notus eſſet: hic autem ignotus eſt. Et ille iuſtus: hic autẽ bonus. Cui ſuccedens marcion ponticus abſq; reuerẽtia vlla blaſphemans: auxit doctoris inſaniez. idẽ quoq; ipſe hyreneus immenſum pfundũ valentini erroris de materia et ceteris validiſſime coarguit. Et ſerpẽtis in modũ cecis ſemetipſ latebris ob tegentem in lucez ptrahit ac denudat. His adiũgit de marco quodam quez dicit magis artibus imbutũ appꝛime enituiſſe. De cuius prophanis ſuperſtitionibus ⁊ archanis nõ tã ſacris q̃ ſacrilegis et miſticis miſterijs ita ſcribit. Et eni quidam eorum thalamũ ꝯſtruũt et nefariũ quoddã initiandi celebrant genus tanq̃ ſecretis q̃buſdã carminibus ac verbis: non tam ſacris quam execrabilibus eum qui introducitur cõſecrantes. Spirituales nuptias aiunt eſſe q̃ faciunt: inſtar videlicet ſupernarum coniugationum. Adducentes vero eos ad aliquam aquam et baptizantes. hec ſuper eos proferunt verba. In noĩe aiũt ignoti patris omnium: ⁊ in veritate omnium matre: ⁊ in eo qui deſcendit in ieſum. Alij ꝟo hebraica nomina ad pauorẽ audiẽtiũ ſup eos quos initiãt terribiliter obloquunt. Hec de ſectatoribus marci hyreneus ſcribit.

B Quarto aũt epiſcopat⁹ ſui anno cuz deceſſiſſet higinus romane eccleſie ſacerdotium pius ſuſcepit. Apud alexandriam vero Marcus: tertiodecimo anno ep̃atus ſui eumenide defuncto. Qui Marcus cũ decẽ annis ſacerdotiũ miniſtraſſet. Celadioni poſt obitũ ſuuz eccl̃ie gubernacula dereliquit. Pius ꝟo in vrbe roma quindecim annis in ſacerdotio expletus Aniceto poſt ſe tradidit ſedẽ. Cuius temporibus egeſyppus refert ſemetipſum romam veniſſe. ⁊ permanſiſſe inibi: vſq; ad eleutherij q̃ poſt Anicetum ſubrogatus eſt epiſcopatũ. Quibus temporibus ſimul florebat iuſtinus in habitu philoſophi. diuinum predicans verbum: et fidei noſtre rationem tam ſcriptis voluminibus q̃ viue vocis aſſertione defendens. Qui et aduerſum martionez ſcribens commemorat de eo q̃ adhuc ſupereſſet eo tempore quo ſcribebat. Deniq; ita ait. Marcion ꝟo quidam ponticus qui hodieq; ſupeſt: docet hoĩes alium credere eſſe deum: maiorez conditore deo. Hec ille hominibus ingerens: ⁊ demonibus ad iutorib⁹ vtens: multis blaſphemare pſuaſit. vt negarent creatorẽ oĩm deum ipſum eſſe patrẽ chriſti: ſed aliũ quendam qui quaſi maior hoc eſſet ⁊ tñ omnes ſectatores ei⁹ xp̃iani appellantur. Ita nimirũ ſicut oẽs cõi vocabulo cum diuerſe ſint ſecte philoſophi nuncupantur. Sz ⁊ poſt pauca nihilominus dicit Eſt autẽ ⁊ nobis liber aduerſus oẽs hereſes compoſitus: quem ſi vultis decurrere dabimus.

Cap̃.xi. de iuſtini defenſione.

HIc autẽ ipſe iuſtin⁹ ſcribit etiã ꝯ paganos volumẽ inſigne. Sz ⁊ alios libros p noſtra religiõe: in q̃bus ad Antoniũ principẽ q̃ cognominatus eſt Pius: ſermonẽ dirigit Scribẽs ⁊ ad ſenatũ. In vrbe etẽi roma maxime ꝯſiſtebat. Deniq; in vno ex his libris: et de ſemetipſo volẽs q̃s vel vñ eſſet oñdere

hoc mō ſcribit. Impatori elio adriano
Antonio pio Ceſari auguſto ⁊ veriſſi=
mo philoſopho: ⁊ lucio philoſopho ce=
ſaris ꝓprio filio ac pij adoptiuo amato
ri ſapiētie ⁊ ſacro ſenatui atq̧ oī ꝑplo
romano ꝓ viris ex omni genere hoim
ꝯgregatis: ⁊ iniuſto alio laborantibus
ac non digna patiētibus. Juſtin⁹ priſci
filius bacchiadis ex vrbe neapoli pale
ſtine: vn⁹ ꝓ omnib⁹ defero poſtulatū.
Sed ⁊ interpellat⁹ idem imperator in
aſia ab ijs q̇ vario iniuriarū genere af=
fligebātur: tale reſcriptū ad vniuerſos
Aſie populos ꝓmulgauit.

¶ Cap. xij. epiſtola ceſaris Antoni=
ni ad aſianos ꝓ defenſiōe noſtrorum.

Imperator ce
ſar marcus aurelius anto=
ninus auguſtus armenic⁹:
pōtifex maxim⁹ tribunitie
poteſtatis quindecies: cōſul tertio vni
uerſis ſimul plebibus aſie ſalutē. Ego
quidem nō ambigo etiā ipſis dijs cure
eſſe ne quis noxius lateat. Multo em̄
magis ipſis cōuenit punire eos qui ſi=
bi immolare nolunt q̄ vobis. Sed vos
cōfirmatis eorum quos perſequimini
ſententiam quam de vobis habent di=
centes vos impios ⁊ ſine deo eſſe. Un=
de ⁊ optabili⁹ habent: ⁊ animā pone=
re ꝓ deo ſuo: ⁊ mortē libenter amplecti:
q̄ vobis talibus acquieſcere ⁊ in veſtre
religionis iura cōcedere. De motibus
autē terre qui vel facti ſunt: vel etiā nūc
fiunt abſurdū non erit merorem vr̄m
iuſta commotione ſolari. Quoniam q̇=
dem comperi q̄ in huiuſcemodi rebus
ad illorum inuidiam communes caſus
transfertis: in quo illi quidem maiorē
fiduciā accipiunt apud deum. Uos au
tem in omni tempore quo de talibus
ignoratis, ceteros quidem deos negli
gitis. Cultū vero immortalis dei: quē
chriſtiani colunt expellitis et deturba
tis: vſq̧ ad mortem cultores illius ob=
ſeruantie ꝑſequentes. Sup q̇bus pluri
mi ex ꝓuincijs iudices: etiā venerabili
patri noſtro ſcripſerant. Quib⁹ reſcri=
ptū eſt ab eo: vt nihil oīno moleſtie hu
iuſcemodi hoibus generarēt niſi forte
arguerent aliq̇d aduerſum romani re=
gni ſtatutū moliri. Sed ⁊ mihi ipſi de
his quam plurimi retulerūt. Quib⁹ ego
paternam ſecutus ſententiam pari mo
deratione reſcripſi: q̄ ſi q̇s ꝑſiſtit: hu=
iuſcemodi hominib⁹ abſq̧ vllo crimine
mouere negocia: ille quidē qui defert⁹
ꝓ hoc noīe fuerit abſoluatur ēt ſi ꝓba
tur id eſſe quod ei obijcitur xp̄ianus is
autē qui crimen obtendit: reus pene
ipſius quā obiecit exiſtat. Propoſita
epheſi publice in conuentu Aſie.

¶ Cap. xiij. de policarpo apoſtolo=
rum diſcipulo.

Hec ita geſta
eſſe teſtatur etiam Melito
ep̄s eccl̄ie Sardēſis in eo li
bro quē ad imperatorem
[redacted] Uerum ꝓ fide noſtra ac religiōe cō
ſcripſit. Qua tēpeſtate etiā Aniceto ro
mane eccleſie ꝑſidente: Policarpū ro=
mā veniſſe atq̧ habuiſſe ſermonē cum
ipſo Aniceto de paſche die: Hyreneus
refert. Sz ⁊ alia quedā d̄ eodē Polycar
po ſcribit. q̄ mihi dignū videt̄ corpori
huic nr̄e narrationis inſerere. Tertio
igit̄ libro aduerſus hereſes: hec d̄ eo cō
memorat Hyrene⁹. Policarp⁹ inq̇t qui
nō ſolū ab apoſtolis erudit⁹ eſt neq̧ ſo
lū ꝯuerſatus eſt cū ijs q̇ dn̄m viderāt ſz
ab ipſis ordinat⁹ eſt Smyrneorum eccl̄ie
ep̄s. Quē nos quoq̧ i prīa etate noſtra
vidimus. Diu etem̄ ꝑmanſit in vita ⁊
longeua etate ꝑdurans: nobilis viuē=
do ſed ⁊ moriendo nobilior extitit q̇ppe
q̇ vitā martyrio terminauit. Docebat
autē ſemꝑ ea q̄ ab ap̄lis ipſe didicerat
⁊ eccleſie hec tradebat q̄ ſola vera ducē
da ſunt. Quorum teſtes ſunt omnes
eccleſie que in Aſia conſtitute ſunt ⁊ q̇
per tēpus etiam nunc in Polycarpi ſuc
ceſſione ꝑdurant. Multo aūt verior et
fidedignior: hic autor eccleſie ēſt ⁊ veri
tatiſ teſtis: q̄ valētinus ⁊ Marciō ⁊ cete
ri ꝑuerſe mētis hoies. Qui ēt ſub Ani=
ceto romā ꝓrexit: ⁊ multos ex ſupradi=
ctis hereticis ad eccl̄iam dei conuertit
hāc ſolā ꝑdicans tenēdā eſſe veritatē
quam ipſe ſciret ſe ab ap̄lis ſuſcepiſſe
quā ⁊ tradebat eccl̄ie. Et ſunt adhuc ēt

nunc qui audierunt ab ipſo: q Johan-
nes apoſtol⁹ diſcipul⁹ dñi apud Ephe
ſum cum balneas lauãdi grã fuiſſet in
greſſ⁹: ⁊ vidiſſet ibi Cherinthũ exluiſ-
ſet cõtinuo ⁊ diſceſſiſſet nõ lotus dicẽs
Fugiam⁹ hinc ne ⁊ balnee ipſe corruãt
in qbus cherinth⁹ lauat veritatꝫ inimi
cus. Idẽ etiã policarpus Marcioni ali
qñ cũ occurriſſet diceñti ſibi agnoſce nos.
Reſpondit. Agnoſco primogenitũ Sa
thane. Tanta tunc apoſtoli atqꝫ eorũ
diſcipuli in religiõe cautela vtebantur
vt ne verbi quidem communionem cũ
aliquo eorum qui a veritate deuiaue-
rant habere paterentur. Sicut ⁊ pau-
lus dicit. Hereticuꝫ hominem poſt vnã
et alteram correptionem deuita: ſciẽs
quia peruerſus eſt huiuſcemodi ⁊ pec-
cat: cum ſit a ſemetipſo damnatus. Ex-
tat et epiſtola Polycarpi ad philippen-
ſes ſcripta peruali da. Ex qua formam
fidei eius ac predicationis, ſi quis for-
te ſalutis ſue ſollicitudinẽ gerit capere
põt. Hacten⁹ Hyrene⁹. Polycarp⁹ ꝟo
in ipſa ep̃la quã ad Philippen. ſcripſe
rat vtitꝫ teſtimonijs de pria petri ep̃la.
B Sed enim Antonino qui pi⁹ co-
gnominatus eſt viceſimo ⁊ ſecundo an
no principatus exacto: Marcus Aure
lius Uerus: ⁊ Antoninus filius eius:
cum lucio fratre ſuccedunt. Quo in tẽ-
pore Polycarpus maximis pſecutioni
bus Aſiam quatientibus: vitam marty-
rio finiuit. De quo plane neceſſarium
duximus memorie tradere maxime cũ
ſcripta extet epiſtola: ex perſona eccle-
ſie Smyrneorũ ad Ponti eccleſias da
ta: que de martyrij eius beato fine deſi
gnat. Cuius exemplum infraſcriptum
eſt. Eccleſia dei que eſt apud Smyrnã
eccleſie dei conſtitute apud Philemo-
lium: ⁊ omnibus qui vbiqꝫ ſunt ſanctis
eccleſijs catholicis: miſericordia ⁊ pax
⁊ charitas dei patris ⁊ domini noſtri ie
ſu xp̃i multiplicet. Scripſimus vobis
fratres de martyribus, et de beato Po
lycarpo: qui velut ſignaculo quodam
martyrij ſui finem perſecutioni poſuit.
et paulo poſt deſcribentes etiam cete
rorum martyrum agones talia quedã
ſcribunt: deterrere etenim volentes in-
ſpectantem populũ: nunc flagris vſqꝫ
ad interiora viſcerum martyres lania-
bant: ita vt abdita corporis et que na-
tura in archanis locauerat nudarẽtur.
Nunc autem marinas cocleas, que cõ-
chilis vocant: et acuta queqꝫ fragmen
ta in dorſum ſupinatis martyribus ſub
ſternebant. In quibus omne tormenti
genus ⁊ pene ſpeciem conſumentes ad
vltimum deuorandos eos beſtijs expo
nebant. Sed in his precipue deſigna-
tur vir fortiſſimus eſt floruiſſe: Germa-
nicus nomine qui per gratiam diuinã
⁊ meritum virtutis: metum corpore fra
gilitatis excluſit. Uolẽte namqꝫ procon-
ſule perſuaſionibus aggredi virum et
obijcere ei prime etatis florem debere
eum ſuimetipſius miſerationem cape-
re. Ille nihil moratus ſponte dicit pre-
paratam ſibi beſtiam prouocaſſe: velu-
ti tardantes increpans penas. Et ini-
que huius vite vltro velocem expetiſ-
ſe diſceſſum. Uerum cum ex huius tã
inſigni morte: ſtuporem cepiſſet aſtan-
tis populi multitudo. ⁊ totus chriſtia
norum gentis mirari virtutem de con-
tẽnenda morte cepiſſent: pclamant oẽs.
Tolle impios. Polycarpus requiratur.
Sed cũ ex acclamatione grauis pertur
batio fieret. Cherinthuꝫ quendã natio
ne frigem: nup de ſuis regionibus ad-
uentãtẽ: accidit prio quidẽ beſtias cete
raqꝫ tormẽta ſpõte laceſſere: ô hinc fra
ctis animis cedere, ad vltimum etiam
ſalutem ſegnitia perdere. Que res euꝫ
ad martyrium procatia potius: ⁊ teme
ritate quam deuotione proſiluiſſe de-
clarat. Ipſe namqꝫ ſe iudici ingeſſerat
victus. Itaqꝫ exemplum euidens om-
nibus dedit cautius in rebus talibus
et circunſpectius agendum. quia non
temeritas: ſed fides: et modeſtia co-
ronatur.

Capitulum decimumquar-
tum agones beati Polycarpi
ſtrenuaqꝫ paſſio eius. A

SEd de his qui-
dem
talia geſta ſunt. Inſignis
autẽ vir Polycarpus prio
quidẽ cuꝫ audiret vulgus

in ſe acclamationib⁹ excitatum:in nul-
lo penitus motus eſt ſed mãſit impaui
dus. Tranquillus nanqꝫ erat moribus
et ſerenus aſpectu. Qui cum in eadem
ciuitate velut interritus permaneret:
acquieſcens tamẽ deprecantibus ſe fa
miliaribus ſuis:ad agrum quẽdam ci-
uitati proximũ ſeceꝺit. atqꝫ ibi cũ pau
cis die noctuqꝫ nihil aliud ꝙ in orõni-
bus permanet. pro pace eccłiarũ que
vbiqꝫ ſunt ſupplicans deo:quod ei fa-
cere in omni vita ſua moris. perpetui
fuit. Sed is in oratione poſitus:añ tri-
duum ꝙ cõprehenderetur: viſionẽ vi
det per noctem ceruical capitis ſui flã
mis eſſe conſumptum. Cũqꝫ euigilaſſꝫ
poſt viſum interpretatus eſt aſtãtib⁹
ſomnium ſuum. Dixitqꝫ pro certo ſe ob
xp̃m per ignem vite exitum ſortiturum
Imminente igitur qͣſtione:rurſus fra-
trum caritate cõpulſus:cõmigrauit ad
alium locum. Quo non multo poſt inq̃
ſitores eius ingreſſi:correptis duobus
pueris:⁊ altero ex his verberato:p in-
ditium eius ad policarpum perueniũt
cum iam declinaret dies. Et ingreſſi:
ipſum quidem offendunt in ſuperiori-
bus quieſcentem. Unde cum poſſet fa-
cilis ei tranſitus eſſe ad alteram domũ
noluit dicens. Uoluntas domini fiat.
Quininnio et cum comperiſſet adeſſe
comprehenſores ſuos: in occurſuꝫ eis
progreſſus:leto admoduꝫ vultu ac pla
cido compellare viros cepit cum ingẽ-
ti oris gratia. ita vt illi mirarent̃ et ſtu-
perent:quid tantum ſtudij fuerit: vt vir
illius grauitatis et honeſtatis in tam
longeua etate:et tanta vite auctorita-
te poſitus perquiri: ⁊ comprehendi ſit
iuſſus. Sed ille nihil moratus: ꝯtinuo
apponi menſam hoſtibus quaſi hoſpi-
tibus iubet atqꝫ epulas largius mini-
ſtrari: vnius hore ab eis ſpatio oronis
grã impetrato orabat igitur tanta dei
grã repletus: vt ammirarentur omẽs q̃
aderant: et ipſi qui ad comprehendẽdũ
venerant peniterent: ꝙ tam honeſtum
virum ac deo dignum: et ipſa etate ve
nerabilem: rapere iuberentur ad penã.
Et poſt aliquanta eadem ſcriptura ver
bis ipſis talia coniungit ex ordine.

B ¶ Poſtea vero ꝙ finiuit orationeꝫ
memoriam faciens omnium quoſcun-
qꝫ noſſe potuit: maiorum minorumqꝫ:
nobilium ⁊ ignobilium: ⁊ totius catho
lice eccleſie que per orbem terre eſt. In
ſtante iam hora progreditur: ⁊ aſino ſe
dens ad ciuitatem ducebatur cũ eſſet
dies magni ſabbati. pergenti occurrit
ei prefectus pacis, Herodes noĩe ⁊ p̃
eius Nicetas. Qui leuantes eum ſecũ
in vehiculum perſuadere ſedulo cona-
bantur dicentes. Quid eñ mali eſt di-
cere deum ceſarem: ⁊ immolare: ⁊ de ce
tero viuere ſecurum. Hec ille primo ta
citus audiuit: ſed vbi perſiſtebant. ait
ad eos. Quid multis opus eſt. Factu-
rus non ſum quod dicitis. At illi poſt
ea ꝙ nihil ſe profeciſſe ſenſerunt indi-
gnatione commoti: cũ contumelia eũ
vehiculo deturbant. ita vt pedem lede
ret preceps actus. Sꝫ quaſi nichil paſ-
ſus fuiſſet iniurie tota alacritate contẽ
ptus pergebat ad ſtadiũ quo duci fue-
rat imperatus. Cum vero tumultus in
gens in ſtadio ex ingreſſu ei⁹ fuiſſet ex-
ort⁹: vox e celo delapſa eſt. Fortis eſto
polycarpe ⁊ viriliter age. Sed auctorẽ
quidem vocis videre potuit nemo au-
ditus tamen ad plurimos venit. Inte-
rea animatur ad furorem tumultus po
puli videntes: qꝫ polycarpus introdu
citur. Cumqꝫ eminus a proconſule in-
terrogaretur ſi ipſe eſſet polycarp⁹: ſe
eſſe confitetur. Ergo inquit habeto eta
tis tue reuerentiam: et parce vltime ſe
nectuti tue. Iura fortunam ceſaris: ge-
rens de prioribus penitudinem ⁊ ꝯcla-
ma etiam tu, tolle ſacrilegos. Tum po
lycarpus toruo vultu ad populum qui
in ſtadio reſidebat aſpiciẽs eleuata ad
celum dextera cum gemitu ꝓclamauit
et dixit. Tolle ſacrilegos. Sed inſiſten
te proconſule et dicente iura fortunam
ceſaris: et dic in xp̃m conuitia: et dimit-
to te. Polycarpus ad hoc. Octagita in
quit et ſex annis ſeruio ei ⁊ nihil me le-
ſit vnqꝫ, quomodo poſſum maledicere:
et blaſphemare regem meum qui ſalu
tem michi dedit. Cumqꝫ rurſus vehe-
mentius vrgeretur vt fortunaꝫ ceſaris
iuraret, ſi hanc inquit iactantiam que-

ris vt ego fortunam Ceſaris iurem: et
qui ſim ignorare te ſimulas omni liber
tate audi a me quia xp̄ianus ſuz. Si ve
ro etiam rationem vis chriſtiane reli-
giōis accipere ſtatue diem ꝛ audi. Pro
cōſul dixit. Suade hoc populo. Poly-
carpus ait. Tibi quidem reſpondi. Do
cemur enim principibus ꝛ poteſtatib⁹
his que a deo ſunt honorez deferre. eū
ſcilicet qui religioni non ſit contrarius.
Populo autem furenti ſatiſfacere non
eſt meum. Proconſul dixit. Beſtias ha
beo paratas quibus ſubijcieris: niſi ci-
to penitueris. At ille reſpondit. Adhi-
beantur. Nobis enim immobilis ſtat
ſentētia: nec poſſumus de bono ad ma
lum per penitudinem commutari. Me
lius autem erat ſi hi mutarentur ad bo
na qui perſeuerāt in malis. Tū procō-
ſul inquit. Igni te faciam conſumi ſi ti-
bi beſtie contemnende videntur: nec ꝓ
poſiti recipis penitudinē. At ille. Ignē
minaris inquit hunc qui ad momentū
ſcēditur: ꝛ paulo poſt extinguitur: quia
ignoras futuri iudicij ignem eternuz q̄
ad perpetuas penas preparat⁹ eſt im-
piorū. Sed q̄d moraris, Adhibere vtrū
voles. Hec et multa alia his ſimilia di
cens, Polycarpus confidentia ſimul et
leticia replebatur. ita vt alacritatē vul
tus eius reſponſionūq; conſtantiam,
Proconſul maximo ſtupore miraretur.
Miſſo igitur curione ad populū iubet
voce maxima proteſtari. Polycarpum
tertio confeſſuz chriſtianū ſe eſſe. Quo
audito vniuerſa multitudo tam genti-
lium quam iudeorum, Smyrnenſium
ciuitatis cum ingenti furore acclama-
bant. Hic eſt totius aſie doctor et pater
xp̄ianorum, noſtrorum autez ſubuerſor
deorum. Ipſe eſt qui multos docet ne
immolent, ne ve adorent deos. Et poſt
hec verba acclamabant philippo mu-
neratio: vt leonem polycarpo dimitte-
ret. Qui reſpondit non ſibi licere. quia
iam editiōis ſue munus expleſſet. Tūc
illi oēs pariter ꝯclamarunt vt polycarp⁹
viuus arderet. Oportebat enī viſionē
eius quā de ardente ceruicali vidit im-
pleri. Que cum dicto citius gererentur
ipſis populis ligna vel de balneis vel
de publicis q̄buſq; locis ꝛ ſarmenta cō-
gregantibus precipue iudeis ardenti⁹
in hoc ex more feruentibus cum omni
velocitate extructus eſt rogus. Tum
depoſitis ſenior indumentis ac zona
reſoluta calciamenta quoq; pedib⁹ ten
tabat educere que nunq̄ niſi a religio-
ſis quibuſq; fide ꝛ deuotiōe ſemetipos
inuicem ꝑuenientibus reſolui conſue-
uerat. Ita namq; in omni etiaz reliqua
vita ſua venerabiliter ab omnibus co-
lebatur. Ut ergo expedita ſunt que ad
ignem pertinebant cum eum vellent ro
go impoſitum etiam clauis affigere ait
Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis
ferre ſupplicium: dabit vt et ſine clauo
rum affixione flammas immobiliter ꝑ
feram. Tum illi omiſſis clauis vinclis
vſi ſunt ſolis. Quibus poſt tergum ma
nibus reuinctis velut electus aries et
ex magno grege aſſumptus acceptabi
le holocauſtum omnipotenti oblatus
eſt deo has preces etiam in ipſa paſſio
ne profundens.

¶ Capitulum. xv. de oratione Polycar
pi cum igni adureretur: ꝛ de quibuſdaz
alijs martyribus.

Deus dilecti
et bn̄dicti filij tui ieſu xp̄i
pater per quem tui agni
tionem ſuſcepimus.
A ¶ Deus angeloꝝ ꝛ
ꝟtutū ꝛ vniuerſe creature ac toti⁹ iuſto
ruz gn̄is q̄ hoīes corā te viuūt. Bn̄dico
te qui me in hanc diē ꝑducere digna
tus es: vt particeps exiſterem martyꝝ
ꝛ calicis xp̄i tui in reſurrectionem ꝯvite
eterne anime ac ſpūs mei per incorru-
ptionez ſpūs ſancti in quibus ſuſcipiar
in ꝯſpectu tuo hodie tanq̄ ſacrificium
pingue ꝛ acceptabile ſicut preparaſti: ꝛ
preſignaſti ita ꝛ feciſti. Uer⁹ es tu ꝛ ſine
mendacio de⁹. Propterea et in omnib⁹
laudo te: ꝛ bn̄dico te. ꝛ glorifico te: per
eternum deū ꝛ pontificē ieſuz xp̄m dile
ctū filiū tuū ꝑ quē ꝛ cum q̄ tibi in ſpiri-
tu ſctō gl'ia eſt nūc ꝛ infinita ſcl'a. Et cū
amē inſonuiſſet orōne ꝯpleta ſubijciūt
ignē hoīes ignis ſcīni ignari. cūq; flāma
īgēs reluxiſſet: vidim⁹ miracl'a oēs nos

quibus ea deus videre cōceſſit. Ex qbꝰ ⁊ ꝗplurimi a dño ad hoc reſeruati ſūt: vt annunciarent ceteris q̄ viderūt. Flā ma etenī in modū camere curuata ſpe‐cie quaſi vel nauis vento ſinuati ſupra corpus martyris ſtetit. Qd̄ corpꝰ in me dio poſitum nō erat: vt caro ardēs. ſed tanꝗ̄ ſi auꝝ aut argentū in fornace cā deſceret. Tūc preterea odorem naribꝰ hauſimꝰ tanꝗ̄ turis incenſi vel p̄cioſiſ ſimi fragrantis vnguenti. Ac vltimum videntes ſceleꝝ miniſtri igni corpꝰ non poſſe conſumi: iuſſere propius accede re confectoreꝫ ⁊ corpus cui ignis ceſſe‐rat mucrone tranſfodere. Quo facto tā largus ꝓfuſus eſt ſanguis vt reſtingue ret rogum. Populus aūt miraculi ſtu‐pore diſceſſit attonitꝰ erga electos dei tam inſigni eius fauore perſpecto.

B ¶ Hic eſt ergo ām̄irabilis ⁊ electꝰ tꝑibus nr̄is magiſter apl̄icus ⁊ ꝓpheticus. Smyrneorum eccleſie ſacerdos. Cuius ~~Qui~~ oē verbum qd̄ locutus eſt ⁊ impletum eſt et implebit̃ in futuro. Sed ille emulus totius bonitatis et aduerſariꝰ oim̄ iuſtoꝝ poſtꝗ̄ vidit ꝗ̄ pro martyrij gl̄ia: ⁊ ꝓ vite egregie v̄tutibꝰ coronatꝰ eſt ⁊ ꝑ mortē p̄mia immortalitatis ade ptus ſatis agere cepit vt reliquias eiꝰ ad ſepulturā noſtris deſiderātibus ne‐mo concederet. Inſtigabat̃ ergo Nice ta herodis pater: frater aūt Dalce adi‐re iudicē: ⁊ petere ab eo ne humanis cō cederet corpus ne forte inquit relinq̄n‐tes illum q̄ crucifixus eſt xp̄iani hūc co lere incipiant. Iudeis maxime iſta ma chinantibꝰ qui et nr̄os intentis oculis obſeruabant: ne cū flammis adhuc ar‐dentibus raperent. Ignorantes miſer‐rimi qꝛ neqꝫ xp̄m aliqñ poſſumus dere linquere qui mortē pro totius mūdi ſa lute ſuſtinuit neqꝫ aliū quemꝗ̄ colere ꝗ̄ verum deū ⁊ q̄ ſolꝰ colēdus ſit noue rimus. Martyres vero tanꝗ̄ diſcipl̄os dñi diligamꝰ et veneremur quaſi inte‐gre fidem magiſtro ſeruantēs: et domi no quoꝝ nos q̄ꝫ in fide ⁊ perſeuerantia charitatis optamus eſſe participes. Ubi autem vidit centurio tam obſtina tam iudeorum contentionem poſitum in medio ipſum corpus excuſſit: et ita nos poſtmodum ambuſta oſſa p̄cioſiſſimis gemmis cariora: ⁊ oī auro ꝓbabiliora per ignem facta collegimus ac ſicut conueniebat ex more condidimus. Quo in loco etiam nunc preſtante dño ſolennes agimus celebreſqꝫ conuentꝰ. Maxime q̄dem in die paſſionis eius. Sed et cum eo eoꝝ memorias q̄ priꝰ paſſi fuerant celebramus vt ſequentiū animi ad preceſſorum viam exemplis inſignibus ſuſcitentur. Hactenꝰ de btō Polycarpo. Cuꝫ quo etiam alij duodecim ex Philadelphia venientes apud Smyrnam martyrio conſummati ſunt.

C ¶ Sed in eadem epiſtola ꝯtinebatur etiam de alijs ꝗplurimis eiuſdem temporis martyribus intexta narratio. In quibus refertur poſt Polycarpū ꝙ etiam Metrodorus quidam ex martionis hereſi preſbyter igni ſit traditus. Inter ceteros auteꝫ qui per idem tēpꝰ martyres extiterunt famoſiſſimus ibi refertur quidam Pionius nomine. Cuius per ſingulas interrogatiōes reſponſionum conſtantiam: ⁊ pro fide noſtra ad populum orationes ꝗ̄ apud iudices interritus ſemper aſtiterit docēs et diſputans etiam in ipſis tribunalibꝰ vſqꝫ his qui in perſecutione titubauerant cohortationibus ſuis ad cōſurgēdum dexteram dederit: ⁊ in carcere poſitus qualiter ingreſſis ad ſe fratribus animos ad martyrij tollerantiam roborarit. quos ve etiam ipſe pro martyrio tulerit cruciatus vtqꝫ ſit clauis affixus ⁊ ardenti rogo ſuperpoſitus: ⁊ vt in his btm̄ vite fecerit fineꝫ. Si q̄s vult plenꝰ ſcire ex illa q̄ a nobis de antiq̄s martyribus ſcriptura ꝯpoſita eſt plenꝰ diſcet. Poſt hec ēt alioꝝ apd̄ pergamuꝫ Aſie vrbem martyrū geſta referūtur. Carpi cuiuſdam ⁊ papirij et Agotonice optie femine aliarumqꝫ multarūꝗ̄ ꝓ beatis confeſſionibus martyrio coronate ſūt.

¶ Capitulum. xvj. de beato iuſtino philoſopho et martyre.

Cum quibus ⁊ vir mirabilis de quo paulo ſuperius fecimus mētionem Iuſtinus cum ſecūdū

am librum pro religionis noſtre defen
ſione conſcriptuꝫ temporis illius iudi
cibus obtuliſſet remunerationem lin=
gue fidelis ꝛ erudite martyrij mun⁹ ac=
cepit quodam philoſopho Creſcēte no
mine cane tam profeſſione ꝙ̄ moribus
dolos viro inſidiaſqꝫ tēdente. Quoniā
quidem ſepe cuꝫ eo diſputans auditſo
ribus medijs non ſolum obtinuerat eū,
verum ꝛ vehementius veritate ſibi ſuf
fragante confuderat. Unde et victorie
ſue palmā martyrium percepit a dn̄o.
Hoc autem ita futurum etiam beatus
ipſe verus philoſophus veritatis :i ea
defenſione quā ab eo conſcriptā ſupra
diximus aperte ſicut erat futurum pro
phetica mente predixit his verbis. Nā
et ego inquit ipſe ſpero me ab aliq̄ hoꝝ
quibus pro veritate obſiſto inſidias ei
ſe paſſurum ſpero baculo aut claua fe=
riendum. Certe vel a creſcente hoc nō
philoſopho ſed philocompo :id eſt non
amatore ſapientie ſed amatore iactan=
tie. Neqꝫ enim dignum eſt philoſophū
nominari eum qui de his que neſcit pu
blice proteſtatur xp̄ianos ſine deo eſſe
et impios dicit ad gratiam ꝛ libidinem
eorum quos in errore poſitos ipſe ma
ioribus laqueis erroris inuoluit. Si ei
ignoratur ab eo xp̄i doctrina ꝛ ea arguit
que ignorat nequiſſimus eſt: ꝛ imperi=
tis multo nequior : quia imperiti vel
idiote obſeruant ne diſputare audeāt
de his que ignorant: ꝛ de illis teſtimo=
nium perhibere que neſciunt. Si v̄o le
git que apud nos ſcripta ſunt ꝛ aut nō
intellexit eorum virtutē : aut intellexit
quidem ſed diſſimulat ne ꝛ ipſe ſuſpe=
ctus habeatur in talibus multo nequi=
or ꝛ deteſtabilior iudicandus eſt q̄ im=
periti vulgi captans fauorem veritatꝫ
ac pietatis quā probat hoſtis exiſtit et
proditor. Nam et propoſuiſſe me ei ſci
ſcitatis quedā ex quorum reſponſionib⁹
nihil ſcire conuictus eſt. Et in tm̄ ſunt
v̄a q̄ dico: vt putem vobis etiā q̄ſtiōis
habite inter nos diſputationes allatas.
Ex q̄bus apertiſſime dignoſcitur q̄ uſ̄a
ſunt penit⁹ ignorare. Si v̄o necdū vene
runt hec ad noticiā v̄ram parat⁹ ſū rurſū
vobis audiētibus diſputare. Hec ſunt
beati iuſtini verba in q̄bus ſcd̄m ea q̄ p̄
dixerat per Creſcentis inſidias marty
rio conſummatus eſt. Tatianus quoqꝫ
vir eruditiſſimus in prima etate ſua cū
magna ammiratione oratoriaꝫ docēs:
ex qua et non parum glorie queſierat
poſtmodum ad noſtra ſtudia ſe cōuer=
tens libros etiam ipſe aduerſum gētes
dignos memorie dereliquit in quibus
iuſtini meminit his verbis. Sꝫ et am=
mirabilis inquit vir iuſtinus ſatis re=
cte proſecutus eſt ſimiles iſtos dicens
eſſe latronibus. Et poſt aliquanta cuꝫ
de philoſophis quedam dixiſſet addit
etiam hec. Creſcens deniqꝫ ille qui ob=
ſedit vrbem magnam in puerorum qui
dem ſtupris om̄s preibat: in pecunie
aūt cupiditate nullo inferior erat. Mor
tem vero cum ceteris contemnendam
ſuaderet ipſe taꝫ peſſimā de ea opinio
nem gerebat: vt iuſtinum tanꝙ̄ vltimo
malo traderet morti ꝑ eo ꝙ veritatem
predicans voluptuoſos et deceptores
philoſophos arguebat.

¶ Cap.xvij. pulchra hyſtoria ꝺ adulte
ro q̄ vxorē ſuā ob pudicitiā accuſauerit

T Demquoqꝫ
Iuſtin⁹ priuſqꝫ ꝑpriuꝫ
deſudaret alioꝝ q̄ an̄ ſe
martyres extiterunt de
ſcribēs agones : in p̄mo
defenſiōis ſue libro talia quedā refert.
Mulier ait quedā ꝯiuncta erat viro tur
pi que et ip̄a pri⁹ turpiter vixerat. Hec
poſtq̄ xp̄i p̄cepta cognouit: pudica eſſe
cta viro q̄ꝫ pudicitiā ꝑſuadebat ſugge=
rens ei ſcriptum eſſe in xp̄ianoꝝ p̄ceptꝫ
eternas imminere penas his qui pudi
citiam in vita ſua iuſticiāqꝫ cōtēpſerit.
Sed ille in eadē obſcenitate perſiſtens
actib⁹ iaꝫ ſuis alienā a ſe faciebat vxo=
rem. Quippe cū nefas eſſe mulier exi=
ſtimaret in ei⁹ mariti cōtubernio ꝑma=
nere :qui nature lege contēpta nouas
vias libidinis exquirebat. Statuit igi=
tur repudiare iura coniugij. Sed ꝓpin
quis interuenientib⁹ ꝛ de mariti emen
datiōe pollicētib⁹ ꝯpulſa ē in ei⁹ rurſuꝫ
ꝯſortio reſidere. Uerū ille poſt hec Ale
xādriā ꝓfect⁹ cū turpi⁹ agere atqꝫ ince

ſte vite maioꝛa nūciaret augmēta q̄ſiſ
ſe,mulier ne vltra in ꝯiunctione ei⁹ ma
nēs particeps inceſti hoīs haberet li-
bello ei repudij dato diſcedit.Tūc ille
egregi⁹ marit⁹:quē gaudere opoꝛtue-
rat ꝙ in tātū vxoꝛis ſue caſtitatis ꝓfe-
ciſſet vt nō ſolū nihil turpe cōmittere:
ſꝫ ne mariti q̄dē patiēter ferre turpitu
dinē poſſet a quo emēdationē reſutan
te ꝓ caſtimonie amoꝛe diſceſſerit nouo
criminis gn̄e ꝓ caſtitate accuſat vxoꝛē.
Chꝛiſtiana inquit eſt.Et illa q̄dē libel-
lū obtulit,impatoꝛi:vt p̄mo ꝑmitteret
ei rem familiarē oꝛdinare tū deinde re
ſpōderet obiectis qđ ꝛ īdulſit.Uerum
maritus cū mulierē nō poſſet arguere
in tholomei cuiuſdā exitiū q̄ magiſter
mulieris in chꝛiſtiana religiōe fuerat
tali arte cōuerſus eſt.Amicū:habebat
centurionē quēdam huic ꝑſuādet vt ꝑ
contaret a Tholomeo ſi xp̄ianus eſſet.
Hoc tātūꝫ Tholomeus tanꝗ̄ amatoꝛ
veritatis nequaꝗ̄ gloꝛiā ſue ꝓfeſſiōis
occultās percunctāti Chꝛiſtianū ſe eſſe
cōfeſſus eſt.Hūc ꝯtinuo centurio in vin
cula coniecit:ꝛ multo tꝑe ſqualoꝛe car-
ceris maceratū ad vltimū Urbitio iudi
ci obtulit a quo ſimili mō hoc ſolūꝫ in-
terrogatus eſt tholomeus ſi eſſet xp̄ia-
nus.Qui rurſum tanti boni ſibi ꝯſcius
diuinā religionē pꝛetulit:ꝛ de xp̄i ma-
giſterio ac totius boni inſtitutionibus
publica ꝯfeſſione teſtat⁹ eſt.Qui enī ne
gat qđ eſt,ſine dubio culpabile iudicat
eſſe qđ negat.Continuo igit̄ poſt ꝯfeſ-
ſionē ab vicio duci iubet̄ ad moꝛtē.Lu
tius aūt quidā xp̄ianus vir videns taꝫ
temere datam ſntam ait ad vꝛbitium.
Quid q̄ſo cauſe ē ꝙ neq̄ adulterū neq̄
coꝛruptoꝛē aut homicidā vel latronem
raptoꝛēq̄ aut alteri⁹ cuiuſlibet facino-
ris reū.ſed tantūꝫ ꝓ nomine chꝛiſtiani
ꝙ hoc ſe vocabulo cōfeſſus eſt nūcupa
ri ad moꝛtē duci hominē p̄cepiſti.Non
ſunt hec digna pio imperatoꝛe nec ſa-
piētiſſimo puero filio ei⁹ neq̄ ſacro ſe
natu que agiſꝓ vꝛbici.At ille nihil aliđ
inquirēs ait ad lucium videris mihi ꝛ
tu xp̄ianus eſſe.Cūq̄ luci⁹ reſpondiſſet
hoc plane ſum,etiam ip̄m vꝛbitium du-
ci pariter iuſſit ad moꝛtē.Jlle gr̄as ago
inquit ꝙ me neq̄ſſimis dominis abſo-
lutū ad bonū ꝛ optimū patrem ꝛ regeꝫ
oīm deum remittis.Sꝫ ꝛ tertius q̄ſ in
pari modo libertate vſus pari q̄q̄ ſen-
tētia punitus eſt.Poſt hec illa iuſtinus
annexuit ex oꝛdine q̄ paulo ante retuli
mus.Jd eſt ꝛ ego inq̄t ſpero me ab ali
quo hoꝛum quibus pꝛo veritate obſti-
ti inſidias eſſe paſſurum ꝛ cetera.

¶ Cap̄.xviij.q̄ iuſtin⁹ ſcripta dereliq̄rit

PLurima aūt ſcripta nobꝫ hic vir ſtudio
rum monimēta dereliquit
quibus erudite ei⁹ anime
ac diuinis dedite diſciplinis iditia col
ligamus.Jn quibus emolumenti plu-
rimum inuenire poſſint hi qui amoꝛeꝫ
doctrine et ſciētie gerūt.Extat igit̄ ei⁹
liber hic de quo ſuper memoꝛauim⁹ ad
antoninū qui dicebat̄ pius ꝛ filiū ei⁹ ac
ſenatū ꝓ noſtra religiōe ꝯſcriptus. Sꝫ
ꝛ ſcđus nihilominus defenſionē noſtre
fidei cōuenies quē ſcribit ad ſucceſſo-
rem ſupꝛa ſcripti pꝛincipis antoninum
verū cuius tempoꝛa nunc cepimus ex-
plicare.Sꝫ ꝛ ali⁹ liber eſt aduerſum pa
ganos.in quo de ſingulis vel nr̄is vel
grecoꝛum philoſophis conſerēs diſpu
tationē latiſſimā ꝯſcripſit.Jbi etiaꝫ de
natura demonū diſſerit quedā:que his
inſerere longum eſt.Sed ꝛ alius liber
eſt aduerſum paganos q̄ ſupſcribit̄ cō
futatio.Eſt alius eiuſdē de monachia:
quē non ſolū de noſtris libꝛis ſed et de
grecoꝝ voluminibus texuit.Eſt ꝛ ali⁹
q̄ ſupſcribit̄ pſaltes.Et ali⁹ velut in ſub
notationis modo de aīa in quo diuer-
ſas q̄ſtiōes inſeruit ex his q̄ apud gre-
coꝝ philoſophos agitant̄.Quib⁹ cōtra
dictuꝝ ſe repꝛomittit ꝛ ſuā de his ſen-
tētiam in illius reſpōſionis volumine
ꝓlaturū.Compoſuit etiā dialogū qua
ſi cum iudeis:quē apud epheſum cum
triphone hebꝛeoꝛū nobiliſſimo docto-
re habuit.in quo exponit quō ipſe per
diuinā gratiam ad credulitatē vere fi-
dei ꝑductus ſit.cū pꝛius immēſum ſtu
dium erga ph̄oꝛum geſſeriſt diſcipli-
nas perquirende veritatis amoꝛe detē
tus.Simulq̄ refert de iudeis ꝙ aduer

ſum eccleſiam xp̄i inſidijs feralib⁹ agāt
et pro his inſimulat triphonem dicens
q̄ȝ non ſoluȝ non penituiſtis ꝑ his que
a vobis male geſta ſunt. ſed ⁊ viros ap
tos ad hoc elegiſtis de hieroſolymis ⁊
myſiſtis per omnē terrā qui circuirent
⁊ dicerēt impiā hereſim ſurrexiſſe xp̄ia-
norum ſimul ⁊ criminoſa quedaȝ diffa
marent aduerſuȝ nos. Quo ſcȝ per hoc
ignorantes quiq̄ȝ deterriti cōſortia no-
ſtra vitarent. In quo non ſolum vobiſi-
pſis. ſed ⁊ alijs opprobria figendo cau
ſa mortis extitiſtis. Scribit aūt ꝙ vſq̄ȝ
ad ſua tempora prophetie gratia in ec
cleſijs floruit. Sed ⁊ apocalipſim iohā
nis apoſtoli eſſe dicit. Propheticis etiā
quibuſdā vtitur teſtimonijs ad tripho
nem conuincēs eū de his ꝙ iudei abſci
derint hec de ſcripturis ⁊ abſtulerint.
Sed et multa eius alia apud quam
plurimos fratrum ferunt. Que ita pro
babilia ac digna a veteribus iudicata
ſunt vt hyreneus ex ipſis inueniat̄ aſſu
mere: ⁊ in quarto aduerſum hereſes li-
bro de his hoc modo ſcribere. Et bene
inquit iuſtinus in eo volumine quē ad
uerſum Marcionē ſcribit ꝓſecutus eſt
dicēs q̄ȝ ipſi dn̄o nunq̄ȝ acquieſcerem ſi
aliū deū diceret preter omniū creatorē.
Et iterū in quinto eiuſdeȝ operis libro
dicit. Et optime inquit iuſtinus affir-
mat: q̄ȝ ante aduentum domini nūq̄ȝ au
ſus eſt ſathanas blaſphemare deum.
Quippe qui nondum cognouiſſet dam
nationē ſuaȝ. Hec aūt neceſſario nobis
de opuſculis iuſtini dicta ſint ad inqui
ſitionē libroꝝ eius ſtudioſos quoſq̄ȝ fi-
deles prouocantibus.

Cap. xix. qui tunc rome Alexādrie et
anthioche epiſcopi prefuerunt.

Bitur octauo anno ſupradicti prin
cipis Aniceto vndecimo an
no epiſcopat⁹ ſui defuncto
ſucceſſit Soter. Apud ale-
xādriā vero Celadiō quattuordeciȝ an
nis miniſtrato ſacerdotio Agrippinuȝ
ſucceſſorem reliquit.

Apud antiochiā xp̄o Theophil⁹ per
idē tēp⁹ ſext⁹ ab apoſtolis eccl'ie ponti
ficatū tenebat. Ubi quart⁹ poſt nerone
fuerat cornelius. Poſt que quinto gra
du heros ſucceſſerat.

Cap. xx. qui tunc eccleſiaſtici ſcripto
res enituerunt.

Unc etiā egeſippus de
quo ſupra memorauimus
inſignis habebat̄ ⁊ diony-
ſius corinthiorū epiſcop⁹.
Sed ⁊ pinit⁹ nobiliſſim⁹ apud cretā in
epiſcopis fuit philipp⁹ etiā ⁊ apollina-
ris emelito. Muſanuſq̄ȝ ⁊ modeſtus et
p̄cipu⁹ hyreneus quorū omniū ad nos
vſq̄ȝ apoſtolice fidei ⁊ ſane doctrine pre
clariſſima monimenta plata ſunt.

Cap. xxj. de egeſippo et que ipſe com
memorat.

Ex quibus egeſippus in
quinto cōmentariorū libro
vbi ſententiā ſue fidei pleniſ
ſima cū aſtructiōe deſignat
indicat hoc etiā ꝙ cū ad vrbē romā per
geret plurimis per loca ſingula epiſco
pis in ſermone ⁊ charitate congreſſus
omnes eiuſdē fidei predicatores docto
reſq̄ȝ repererit. Simul ⁊ de epiſtola cle-
mentis ad corinthios ſcripta quedam
commemorat. que etiam inſerere huic
operi noſtro neceſſariū duxi. Ait ergo.
Et permanſit inquit eccleſia corinthio
rum in predicatione recta vſq̄ȝ ad pri-
mum epm̄: quē romā nauigans vidi et
recedi cū eo apud corinthuȝ dieb⁹ mul
tis delectat⁹ fidei ei⁹ puritate. Cuȝ aūt
veniſſem romā pmāſi inibi donec ani-
ceto ſoter, ſoteri ſucceſſit eleutherius.
Sed in omnib⁹ iſtis ordinationib⁹ vel
in ceteris quas p reliquas vrbes vide
ram ita omnia habebant̄ ſicut lex anti
quitus tradidit: ⁊ p̄phete indicarūt ⁊ do
min⁹ ſtatuit. Ideȝ ipſe etiā de hereticis
q̄ ſuo tempore exorti ſunt talia quedaȝ
cōmemorat. Et poſtea q̄ȝ inquit iacob⁹
q̄ cognominat̄ iuſt⁹ martyr effect⁹ eſt ſi
cut dn̄s etiā ipſe reddēs teſtimoniū ve
ritati, electione diuina ſymeon cleophe
fili⁹ epiſcop⁹ ordinat̄: elect⁹ ab omnib⁹
ꝓ eo ꝙ eſſet ↄſobrin⁹ dn̄i. Propterea aūt
tūc eccl'ia xp̄o vocabat̄. q̄ȝ nōdū fuerat
adulterini verbi ſubreptiōe corrupta.

¶ Sz theobutes quidā quia repulſus nō meruit epiſcopatū ipſe cepit i initio ꝑturbare oīa ꝛ corrūpere: qui erat ex ſepte heresib⁹ in pplo ↄſtitutis. Ex. qb⁹ erat ꝛ ſymō a quo ſymoniani. Cleobiu⁹ vnde cleobiani. ꝛ dotitheus vnde do-thithani ꝛ gorgothe⁹ vnde gorgotheni. Et maſbutheus: vnde maſbutheni. Sed et Menander vnde menādriani. Ab ipſis ꝛ marcioniſte, Et carpogratiani ꝛ valētiani, ꝛ Baſilide et ſaturniani. Quorū vnuſqſqꝫ diuerſis corruptionibus fidei ſeorſum ſciſma componēs ꝓpriam ſectam: ꝛ proprios habuit ſectatores. Ex ipſis ꝓceſſere pſeudo chriſti: ꝛ pſeudo ꝓphete: ꝛ pſeudo apoſtoli qui in diuerſas partes fratrū vnitatez ſcindentes per corruptelaz doctrine caſtuz eccleſie cubile maculauerūt impietatē loquētes aduerſus. dñm ꝛ aduerſus xp̄m ei⁹. Sed ꝛ antiquitas iudeoꝝ hereſes. idē ipſe ſcriptor que vel quāte fuerit ꝑ hec ꝟba deſignat. Erāt inquit diuerſe ſnie in circūciſiōe. id eſt in filijs iſrael: que maxime aduerſabanẗ tribu ſi iude ex qua chriſtus eſt. Erant ergo eſem galilei, Emero baptiſte Maſbuthei Samarite Saducei Phariſei. Sz ꝛ alia ꝙplurima ſcribit de quib⁹ ex parte iam ꝓ locorum oportunitate in ſuperioribus memorauimus. Diſſeruit autem ꝛ de euāgelio ſꝫ hebreos ꝛ ſyrios. Et quedam etiam de lingua hebraica diſputauit et iudaicarum traditionuz meminit per que indicat ſe ex hebreis ad fidem chriſti veniſſe. Veruz ꝛ ipſe ꝛ Hyreneus ꝛ omnis antiquoruz chorus librum attitulatū ſapientie ſalomonis dixerunt ſicut et prouerbia. Et cetera. De apocriphis vero cuz ageret aduerſus quoſdaz hereticos corrupta in his quedam ac falſata eſſe perhibuit.

¶ Capitulū. xxij. de dionyſio epiſcopo corinthiorum et eius ſcriptis.

Edveniendum nobis eſt tandez ad beati dionyſij commemorationem, Corinthiorū eccleſie epiſcopi, cuius eruditione et gratia quā habebat in verbo dei fruebātur nō hi populi ſolum quos regendos acceperat: ſed ꝛ procul poſiti. quibus per epiſtolas preſentiā ſui reddebat. Extat deniqꝫ eius ad lacedemonios ſcripta de catholica fide epl'a in q̄ ꝛ de pace atqꝫ vnanimitate floretiſſime edocet. et alia ad athenienſes i q̄ ad euāgelij credulitatē inuitat: ꝛ ↄcitat ſegniores. ſimul et arguit quoſdā velut pene ꝓlapſos a fide cū ep̄s coꝝ Publi⁹ fuiſſet martyrio cōſummatus. Sed ꝛ quadrati qui publio martyri ſucceſſerat in ſacerdotio meminit ſimul et meliorat ꝙ labore ei⁹ ꝛ induſtria reddidimus q̄dam in eis calor fidei reparatus ſit. Et illud in eadē deſignat epl'a ꝙ dionyſi⁹ ariopagites qui ab apl'o paulo inſtructus credidit xp̄o: ſm ea que in apoſtoloꝝ actibus deſignanẗ: primus apud athenas ab eodē apl'o ep̄s fuerit ordinatus. Ferẗ ꝛ alia eius epiſtola ad nicomedienſes: in qua hereſiz marcionis impugnat: ꝛ eccleſiaſtice fidei regulā mirabili ratione ↄſtituit. Scribit ꝛ aliam eccleſie cortinenſiū: ceteriſqꝫ ſimul eccleſijs crete in qua ep̄m ipſoꝝ Philippuz velut magnis ꝟtutibus ꝛ optimis ſtudijs preditum ꝓteſtatur. Dicit autem ab hereticoꝝ ↄuiuijs abſtinendū. Scribit ꝛ aliā eccleſie amaſtrenoꝝ. ceteriſqꝫ cū ea pōti eccleſijs in qua bachilidis ꝛ helpirti meminit. tanqꝫ q̄ eū cohortati ſint ad ſcribendū. Et multa in ea ex diuinis ſcripturis explanat: ſimulqꝫ ep̄i coꝝ mentionem facit noīe palmee. Sz ꝛ de nuptijs ꝛ caſtitate plurima ↄmemorat. Et ex quocūqꝫ lapſu reſurgētes ꝛ ↄuertētes ſe a peccato etiā ſi ab heretica ꝑuerſitate reſiliāt ſuſcipi iubet. Cōiungiẗ ꝛ his alia eius epl'a ad gnoſios in qua cōmonet ꝛ deprecaẗ ep̄m eorum Pynitum ne grauia onera diſcipuloꝝ ceruicib⁹ ſupponat neue fratribus neceſſitatē compulſe caſtitatis indicat: ne quo nōnulloꝝ periclitetur infirmitas. Ad que reſcribēs pynitus dyoniſio ſententiam quidem ↄſilij melioris amplectitur. Simulqꝫ obſecrat eum poſt illa q̄ prius ſcripſerat robuſtioris iā ꝛ validioris cibi decetero ſcripta trāſmittere

q̄bus ad meliorē pꝛofectū eccleſie ſue po
pulus alteret̄:ne ſemper cibo lactis in
herentes paruuloꝝ vitā in corpe iaꝫ ſe
neſcente perducerent.Simul ⁊ recte fi
dei ſue inſignia ⁊ ſolicitudinē quā erga
curam plebis expēdit eruditioniſqꝫ ac
ſapiētie et verbi diuini:in hac epiſtola
pynnitus nobis velut in quodā ſpecu
lo viuentem ſui dereliquit ymaginem.
Dionyſij autēꝫ fert̄ ⁊ alia ad romanos
data ad ep̄m ſoterem.In qua inſtituta
antiquitus tradita:in eccleſia romana
cuſtodiri illum libenter amplexuꝫ. his
indicat ꝟbis.A p̄ncipio namqꝫ moris
eſt inquit vobis omnes fratres varijs
iuuare beneficijs multiſqꝫ eccleſijs que
ſunt per diuerſa terrarū loca:cuncta q̄
bus indigent deſtinare. Singulorum
quoqꝫ neceſſitates in omnibus conſola
ri.Sed ⁊ per metalla fratribus relega-
tis:que vſus poſcit prebere.Hec ab ini
tio romane eccleſie facere moris fuit a
patribus ſibi huiuſcemodi inſtitutione
dimiſſa:⁊ ſemꝑ integre cuſtodita.Bea
tus ꝟo ep̄s veſter ſoter non ſolum ſer-
uauit que patres tradiderāt.ſed et au
xit in melius.Qui non tantum ſanctis
que vſus corporalis poſcit impartit.ve
rum ⁊ aduenientes fratres clemētie ſa
tis ⁊ mitiſſimo conſolatur alloquio:et
tanq̄ piū ſe ac religioſum patrē ſingu-
lis exhibet.In hac ip̄a ſcriptura memi
nit etiā epiſtole clemētis ad corinthios
ſcripte ſignificās veteri inſtituto et an-
tiqua conſuetudine ſemꝑ ip̄am epiſto-
lam lectā eſſe in eccl̄ia.Deniqꝫ ſic dicit
beatā inquit duximus hodiernā dn̄icā
diem:in qua legim⁹ ep̄lam veſtrā quā
⁊ ſemper noſtri cōmonitionem legim⁹:
ſicut et illā priorem a clemente ad nos
ſcriptam.Idem adhuc ip̄e de epiſtolis
ſuis tanq̄ falſificatis a quibuſdā hec ſcri-
bit.Ep̄las enī quaſdā fratribus rogan
tibus me ſcripſi:quas tamen apoſtoli
ſathane ziʒanijs repleuerunt quedam
auferentes:alia autem addentes qui-
bus ve repoſitū eſt in iudicio dei.Quid
auteꝫ mirum ſi dominica verba ſancte
ſcripture falſare conati ſunt.que vilia
hec q̄ nos ſcripſimus corruperunt?Fer
tur adhuc et alia p̄ter iſtas dionyſij ad
criſopophorā fideliſſimā ſororē ſcripta
in qua cōuenientes vel ſexui vel menſure
ei⁹ rōnabiles ei diuini ꝟbi exhibuit da
pes.Sed de dionyſio ſatis ſit dictū.

¶Capitulum.xxiij.de teophilo an
tiocheno epiſcopo.

Theophili ve
ro quē ātiochie ep̄m ſupra
diximus ferūtur tres inſti
tutionū libri ad autolicuꝫ
ſcripti.Et alius aduerſuꝫ hereſim her
mogenis in quo ⁊ teſtimonijs vtit̄ de re
uelatione Johānis.Sed ⁊ alij extant
ei⁹ inſtructionū variaruꝫ libri.Igit̄ ea
tempeſtate hereticis ꝑ omnem locū zi
ʒanioꝝ modo pura ꝟbi deſemina ma-
culantib⁹ ⁊ areas apoſtolice doctrine
adulterina admixtiōe fedātib⁹ ex omni
parte ſacerdotes dn̄i velut vigilantes
agricole excutere eoꝝ ⁊ expurgare ma
la ſemina nitebant̄ ⁊ tanq̄ ſolliciti pa-
ſtores inſidiātes lupos gregib⁹ xp̄i cla
morib⁹ ſimul inſectatiōibuſqꝫ repellere
ꝯmonēdo fr̄es inſtruēdo ſcribēdo etiā
longe poſitis.Ipſos qꝫ interdū ſicubi
corā depꝛehēdiſſent quoniā⁹ purgēdo ⁊
ꝟboꝝ lucta ac diſputationū certamine
pſternēdo.Alij etiā poſteris ꝯſulentes
q̄ſtiones eoꝝ ⁊ ꝑuerſas obiectiōes edi
tis ꝯmētarijs ꝯfutādo.Inter q̄s ⁊ theo
philus de quo nunc loquimur nō igno-
bili aduerſuꝫ eū id ē aduerſum martio
nē indicat̄ ex his q̄ legimus diſputatio
ne ꝯgreſſus.Huic igit̄ ſeptim⁹ ab apo-
ſtolis in anthiochene eccleſie ſacerdo-
tio maxim⁹ ſucceſſit.Sed ⁊ philippus
quē cortinēſis eccl̄ie ep̄m ſupra dixim⁹
nobile etiā ip̄e monimētum aduerſum
martionē dereliquit.Simil̄r et hyreneus.
Magnificentius autem ceteris mode-
ſtus:qui omnes ipſius deceptiōnes et
fallacias retecto quo velabātur nequi
tie tegmine denudauit.

¶Capitulum.xxiiij.de melitone et
eius ſcriptis.

A

Melito quoqꝫ Sardē-
ſis Antiſtes ec
cleſie et apolinaris apud
hierapoliꝫ eccleſiaꝫ regēs
celeberrimi inter ceteros

habebantur. Qui ⁊ imperatori romano
apologeticos ſimiliter libros p̱ noſtra fide
luculentiſſime cōſcriptos porrexerunt.
Horū quanta relicta ſint monimenta q̄
ad noſtrā vſq₃ ad notitiā peruenerunt
infra oſtendit. Melitonis de paſcha li-
bri duo. De optima cōuerſatione liber
vnus. Sed ⁊ de p̱phetis. De ecclia. De
die dñica. De fide hois. De figmento.
De obedientia fidei. De ſenſib⁹. De aia
⁊ corpore ⁊ mēte. De lauacro. De veri-
tate. Itē de fide. De generatiōe xp̄i. ⁊ de
p̱phetia eius. Itē de aia ⁊ corpore. De
hoſpitalitate. Itē liber qui dicit̄ clauis.
De dyabolo ⁊ reuelatiōe iohannis. De
deo corpore īduto. Et poſt oīa liber ad
antoninū verū. In libello ſuo de paſcha
tp̄s quoq₃ quo ſcribebat inſinuās ita di
cit. Sub ſergio inquit paulo p̱cōſule
aſie: quo in tp̄e ſagaris martyrio coro-
natus eſt: queſtio ingēs oborta eſt apō
Laodiciam de paſcha: quib⁹ dieb⁹ hec
ſcripſimus. Huius etiam ipſius libelli
mentionem facit clemens Alexādrinus
in opere ſuo: vbi de paſche rōne ſcribit:
q̄ ſe dicit ex occaſione huius ipſius li-
belli: qui a melitone prius editus fue-
rat ſcribere.

B ¶ In eo aūt libro quē ad impato-
rem ſcribit. talia quedā memorat illis
temporib⁹ aduerſum nos geſta. Quod
nunq₃ inquit factum eſt: nūc perſecutio
nē patitur genus pioꝝ. Effugant vn-
diq₃ nouis decretis per oēs aſiam pro-
mulgatis. Impudētes namq₃ hoies et
calumnioſi qui rapere aliena deſiderāt
occaſione accepta imperialium prece-
ptorū: more p̄donum diebus noctuq₃ graſ-
ſantur et diripiunt innocentes. Et poſt
aliquanta iterū dicit. Et ſi quidē te iu-
bente hoc faciunt: bonū credam⁹ q̄cq̄d
iuſto imperatore iubēte cōmittitur. Sꝫ
⁊ nos libēter ferimus mortē quā a te co
gnoſcimus irrogari. Sed hoc eſt ſolum
quod te obſecramus vt ipſe prius mini
ſtros proteruitatis hui⁹ requiras: ⁊ ſi a
te mandate ſunt iſte quas irrogant mor
tes ipſe diſcutias. Si ꝟo tuaꝫ quoq₃ cō
ſcientiā preceptum iſtud tam immane ⁊
tam barbarū latet: obſecramus: ne nos
deſpicias: nec patiaris religioſos ciues
tam publico patrocinio ingulari. Et ite
rum poſt aliquanta addit etiam hec. Et-
enim philoſophia hec qua nos vtimur
p̱mo quidem florebat apud Barba-
ros. Introducta eſt autē etiam Roma
ne veſtre conuerſationi Auguſti tēpori
bus. Ex quo ⁊ regni veſtri ſublimi⁹ cul-
men aſcendit: obſeruātie hui⁹ auſpitijs
eleuatū. Cui⁹ imperij feliciter p̱paga-
ti: tu felix ſucceſſor exiſtis ⁊ traditū tibi
feliciter ſeruas vna cū filio. Propter qḋ
⁊ ſimul tibi cum imperio traditū noſtre
phie ritum: pari religiōe cuſtodi: velut
qui ingreſſu ſuo patribus tuis cām p̱-
ſperitatis intulerit: ⁊ fidē que cū ipſius
Auguſti felicitatib⁹ adoleuit: integraꝫ
tu quoq₃ nunc regnans illibatamq₃ con
ſerua. Q: nec ipſe Auguſto in ingreſſu
eius vel in p̱greſſu triſte aliquid acci
dit. Sed ſe contrario leta omnia ⁊ om-
nia magnis ſucceſſibus plena: obſecran
tibus deū ſummū: pro imperij eius ſta-
tu religionis huiuſce⁊ cultoribus. Nec
quiſq₃ principū niſi Nero ſolus ⁊ domi
tianus: nequā hominum ſuggeſtionib⁹
aduerſati ſunt dogmati noſtro. Ex quo
ruꝫ tp̄e accidit nos falſis calumnijs in-
famari. Sed illoꝝ errorē qui ex ignorā-
tia venerat ſemēdauerūt patres tui qui
frequentib⁹ poſt modū decretis: aiad-
uerterūt ī eos q̄ auderēt moleſtie aliq̄d
hmōi cultoribus irrogare. In quibus
auus tuus Adrianus ⁊ ad alios quidē
multos iudices: precipue tñ ad funda-
nium p̱conſulē aſie: pro hoc litteras de-
dit. Pater vero tu⁹ tecū pariter roma-
ni regni apicē regens omnib⁹ quidem
generaliter ciuitatibus: maxime tñ ad
lariſſeos: ⁊ ad Theſſalonicenſes. et ad
Athenienſes: pro his mittit edicta. Te
vero multo magis eandē credimus ſer
uare ſniam: immo ⁊ multo clementius
cōfidimus prouiſurum: tanq₃ qui vere
phie ⁊ pure religionis amator exiſtas.
Hec ⁊ multa alia notabiliter ab eo ſcri-
pta in libello de quo memorauim⁹ in-
ſeruntur.

C ¶ In his autem que de explana-
tione ſcripturarū ſcribit: quaſi in perfe-
ctione enumerat: que ſint volumina ve-
teris teſtamenti que in canone debeant

obſcuari. Quam partem ſcripture: vi-
dere his neceſſariū puto. Melito One-
ſimo fratri ſalutē. Quoniā quidē frequē
ter me rogaſti ꝑ ſtudio qđ habes erga
verbū dei vt excerpā tibi teſtimonia ex
lege et prophetis de ſaluatore ⁊ de fide
noſtra: ſimulq̃ȝ indicere: qui ſit ordo vel
numerus veteris teſtamēti voluminū.
Poſtulata libenter expleui: ſciēs qđ ſit
in te diſcendi ſtudiū vel quāta fidei de-
uotio, ⁊ eterne vite deſiderio nihil ꝑpo
nis. Scias ergo ꝑuiſſe me vſq̃ȝ ad oriē-
tis locum: vbi predicationis noſtre ce-
pit exordium: ⁊ vbi geſta ſunt illa oīa q̄
leguntur ſcripta: ibiq̃ȝ diligenter de om
nibus exploraſſe: que eſſent veteris te-
ſtamēti volumina. Ibi igitur que cū om
ni inueſtigatiōe cōperi hec ſunt. Moyſi
libri quinq̃ȝ. Geneſis. Exodſus. Nume-
rus. Leuiticus. Deuteronomiū. Tum
deinde ieſus naue. Judicſum. Rut. Re-
gnorum libri quattuor. Paralippome-
non libri .ij. Pſalmi Dauid. Salomonis
ꝓuerbia, ſapientia. Eccleſiaſtes, Canti-
ca canticoꝝ. Job. Prophete aūt Eſaias
Hieremias. Duodecim prophetarum
liber vnus. Daniel ⁊ Ezechiel. Eſdras:
Ex his ergo ⁊ eglogas tibi .i. excerpta te
ſtimonia i ſex libris digeſta trāſmiſi. de
melitſonis monimentis iſta cōperim⁹.

¶ Capitulum .xxv. de appollinare ⁊
eius ſcriptis.

APpolinaris
vero cuȝ multa: a multis
habeantur ad nos tamen
iſta ſunt que venerunt.
Apologetic⁹ liber ad pre
dictuȝ imperatorē ſcript⁹. Et aduerſuȝ
paganos libri quinq̃ȝ. De veritate libri
duo. Et quos poſtmodū edidit aduer-
ſum Catafrigas. Montanum ſcilicet ⁊
pſeudo ꝓphetas eius: q̄ tūc primū de-
uiādi a recto itinere exordiū ſumpſerāt.

¶ Capitu .xxvj. de muſano ⁊ hereſi
encratitarum ⁊ ſeuerianorum.

SEdet muſani
cuius in ꝑcedentib⁹ fecim⁹
mētionē: fertur libell⁹ mul
ta elegāta ſcript⁹ ad quoſ
dam fratres qui declinauerant ad here
ſim que dr̄ Encratitaꝝ tunc nuper exor
tam. Cuius auctorem extitiſſe, tacianū
ſermo aſſerit: illo ipſo de quo in ſuperio
rib⁹ memorauimus beato Juſtino teſti-
monium dante: cuius eum ⁊ diſcipuluȝ
ferunt. De quo tn̄ hyreneus in primo li
bro cōtra hereſes hoc refert.

A ¶ Saturnino inquit et martione
deſcenderūt, ij qui vocantur Encratite:
nuptias refutātes: que a deo antiq̄tus
inſtitute ſunt ⁊ ſubtiliter accuſantes il-
lum qui ab initio maſculū ⁊ feminā ad
reſtitutioneȝ humani generis fecit. Sȝ
⁊ ab animalib⁹ abſtinendū predicāt: in-
grati exiſtentes deo qui hec humanis
vſis procreauit.

B ¶ Contradicunt etiā primi hoīs
ſaluti. Et hoc nunc inuentum eſt ab eis
quibus Tatianus quideȝ autor extitit:
⁊ huiuſcemodi blaſphemias itroduxit
qui fuit quidē auditor iuſtini: ſȝ donec
cum ipſo fuit: nihil tale ſe ſentire prodi
dit. Poſtea vero q̄ȝ ille martyr effectus
eſt: abſcidit ſe ab eccleſijs: doctoris arro
gantia tumidus: ⁊ elatione nimia infla-
tus: tanq̄ȝ qui ſe ceteris duceret melio
rem proprium malleng q̄ȝ a veteribus
traditum, docēdi inſtituere ſtiluȝ: ſecula
quedā inuiſibilia ſm̄ Ualētini fabulas
introducens. Nuptias aūt ⁊ fornicatio
nē corruptionēq̃ȝ: pari iudicās lege: ſimi
lia Martioni Saturninoq̃ȝ confirmans.
De ſalute vero adā indubiū deducēda
nouis queſtionibus cōmētat. Et paulo
poſt idē Hyrene⁹ addit etiā hec. Non
multo aūt inquit poſt. Seuer⁹ quidam
ſupradicte hereſi robur adiungēs fomē
ta maxima ei⁹ ſectatoribus ꝑſtitit: vn̄ ⁊
magis Seueriani appellati ſunt. q̄ vtū
tur quidē lege ⁊ ꝓphetis ⁊ euangelijs:
ſed ꝓpria quadā interpretatiōe ſcriptu
raꝝ ſenſum ꝑuertunt. Obtrectant autē
paulo apl'o: ⁊ refutant ei⁹ epiſtolas. Sȝ
neq̃ȝ act⁹ apl'oꝝ ſuſcipiūt. Uerūtn̄ prior
eoꝝ auctor Tatian⁹ collationē quādā
faciens euāgelioꝝ: neſcio quō cōpoſuit
euāgeliū vnū ex quattuor: q' dyateſſerō
noīauit: qđ etiam nūc hr̄ a multis. Dici
tur aūt ⁊ nōnulla ex ſermonib⁹ apl̄i per
mutaſſe: tanq̄ȝ q̄ emēdare velit ordineȝ

cõpoſitionẽq; verboꝝ. Reliquit aũt hic ipſe infinitũ libroꝝ numerũ. Sz ille quẽ aduerſum gẽtes ſcripſit liber ex oĩbus ſcriptis eius p̃cipuus ⁊ valde vtilis:cõprobatur. Sed de his ſatis dictum.

¶ Capitulum. xxviij. de bardeſane et de eius ſcriptis.

PEr idẽ tẽpus innumeris hereſibus vbiq; pullulantib⁹ ⁊ p̃cipue apud meſopotamiã: Bardeſanes quidã vir diſertiſſimus in Siroꝛuz lingua ⁊ vehemens dyalecticus aduerſuz Martionem alioſq; nonnullos dyalogos ſcribit:quos ꝓpria lingua cõpoſitos edidit. Sed ⁊ plura alia ei⁹ extãt volumina q̃ diſcipuli eius in grecũ vertere ſermonem. Erat [illegible] nãq; ita potens in verbo ⁊ doctrina:⁊ in diſputationib⁹ validus vt plurimos ⁊ nobiles viros habuerit ſectatoꝛes. Eſt ⁊ ei⁹ ad antoninũ de Fato potentiſſimus dyalogus. Sed ⁊ alia multa ſcripſit q̃ ſatis vtilia ⁊ perneceſſaria: perſecutionũ que nũc erant tpibus extitere. Ferũt aũt hunc ipſum fuiſſe pꝛimo de valẽtini ſcola. Sed cum magiſtrũ notaſſet erroꝛes ⁊ ineptas ei⁹ fabulas arguiſſet viſus eſt ſibi ad melio rem ⁊ rectam fidẽ ſniam cõuertiſſe. Nec tñ ex integro veterũ erroꝛũ ſoꝛdes maculãq; depoſuit. Eiſdẽ ħo tpib⁹ etiã romane eccleſie Soter ep̃s viuendi finez fecit.

¶ Explicit liber quartus.

¶ Incipit liber quintus.

OBitur ſoteri ep̃o octo annis in vrbe Roma ſacerdotio miniſtrato:duodecimus ab ap̃lis ſucceſſit eleuteri⁹:ſeptimo decimo anno imperij Antonini veri. Quo in tpe per multas romane oꝛbis ꝓuincias ex acclamatiõe ⁊ ſeditione vulgi:ꝑſecutiões aduerſum noſtros diriſſime ↄcitate ſũt:ita vt multa milia martyꝛũ ꝑ loca ſingula fierent. Qḋ cõijcere ex ijs facile poſſum⁹:que ad rerũ geſtarũ memoꝛiã ↄſeruandã: litteris mãdata reperim⁹. Et q̄uis de hoc plenioꝛ nobis narratio quã de ſingulorũ martyrijs ꝓſecuti ſumus ſuis titulis videatur expoſita:q̃ inſtructionez pariter doctrine ⁊ ſcientie neceſſariã nõ minimã continet tñ que etiã pꝛeſenti operi cõpetere duximus pauca inſerem⁹ e multis. Alij nãq; ſcriptoꝛes hyſtoꝛiarũ referãt bella trophea victoꝛias magiſtratuũ ducũq; foꝛtia geſta cõcelebꝛent: moꝛteſq; ciuiũ aut hoſtiũ narrẽt patriã cõiuges liberos:diuerſiſq; cũcta cedibus confuſa deſcribãt. Noſter hic ſermo qz narrationẽ ↄtinet de ijs q̃ ad deũ ꝑtinet reb⁹ abſurdum nõ erit ſi bella deſcribat que caro ꝓ aĩe ſalute perpeſſa eſt:⁊ pugnas quas aĩa vt celeſtẽ patriã recuperaret excepit:ſi certamina ei⁹ referat q̃ ꝓ fide veritatis exegit in quib⁹ nõ aduerſum moꝛtales milites:ſed aduerſuz ſp̃uales demones dimicauit non pꝛo liberis carnis:ſed pꝛo ſp̃us libertate. Si inq̄ monimẽtis lr̃arũ mandem⁹ pꝛelia que nõ ꝓ terrarũ ſpacijs:nec pꝛouinciarũ poſſeſſionib⁹:ſed pꝛo celoꝝ regno et paradiſi hereditate peracta ſũt: Nõ regi moꝛtali imperiũ queſitura:ſed ab immoꝛtali rege oĩm deo:triumphoꝛũ gloꝛiam perceptura.

¶ Cap. j. de perſecutione in xp̃ianos ſub antonino vero apud lugdunum ⁊ viẽnam. A

GAlliarũ nobiliſſime vrbes Lugdunẽſiuz ciuitas habet ⁊ viennẽſiuz. Quas p̃cipiti lapſu pꝛeterfluit rodanus:nobiliſſimus fluuioꝝ. In his q̃ ⁊ quãta erga dei martyꝛes geſta ſint ſupꝛa memoꝛatis antonini veri tpibus:deſcripta ꝑ oꝛdinẽ ab eis ad eccleſias Aſie ⁊ frigie fideli relatiõe trãſmiſſa ſunt. De qb⁹ vt fides certioꝛ habeat ipſa ſcriptoꝝ exempla ſubijciaz. Serui xp̄i habitãtes apud viẽnã ⁊ lugdunum gallie vrbes fratrib⁹ oĩb⁹ q̄ ꝑ aſiã ⁊ frigiã eãdẽ quaz nos redẽptionis chꝛiſti fidẽ ⁊ ſpeciẽ gerunt:pax vobis ⁊ gratia ⁊ gloꝛia a deo patre ⁊ xp̄o ieſu dño no-

ſtro. Et cũ nõnulla velut in prefatione
proſecuti viderentur: poſt aliquãta ita
rerum geſtarũ ordiunt̃ initium. Tribu=
lationis ꝗiunt noſtre magnitudinem: et
gentilium furorem quẽ ſanctis martyri
bus intenderũt: ſicut eſt enumerare: ne
preſentes quidẽ ipſi ſufficimus: nedum
ſcriptura cõprehẽdere. Omnib⁹ etenim
virib⁹ cõgreſſus eſt inimicus tanq̃ iaz
placerbitatẽ perſecutionis aduẽtus ſui
oſtẽtaret inita: ꝛ p hoc inſtrueret ꝛ infor
maret miniſtros ſuos: aduerſus ſeruos
dei omne miniſteriũ ſceleris ꝛ crudelita
tis explere: ita vt primo domorum no=
bis prohiberet̃ habitatio. Tum deinde
vſus balnearũ. Poſt etiã ꝓceſſus ad pu
blicũ. Ad vltimũ ne oĩno in quolibet lo
co domi foriſq̃ publico priuatoq̃ vide=
remur. Sed aderat dei gratia: que fra=
giliores quoſq̃ noſtroꝝ de manib⁹ eo=
rũ eripiebat. Procedebãt aũt in mediũ
viri ſtabiliores colũnis: qui poſſent per
patiẽtiã ſuã nõ ſolũ ferre imper⁹ quos
excogitabat inimicus: ſed ꝛ vltro expe=
tere: ꝛ ſponte ſe oĩbus vel opprobrioꝝ
vel tormentoꝝ cruciatib⁹ obiectare: Et
laſſeſcentibus iam pene tortorib⁹ ipſi ſet
adhuc parũ putare: ꝓ eo ꝙ morã ſibi
hanc eſſe quodã mõ ad xp̃m feſtinanti=
bus crederent. Rebus fere ipſis ꝛ patiẽ
tie virtute clamantes: q: non ſunt cõdi=
gne paſſiões huius tp̃is ad futurã glo=
riã que reuelabit̃ in nobis. Ferebãt er=
go fortiter acclamationes aduerſum ſe
ꝛ ꝓbra atq̃ iniurias ppli ꝛ cõtumelias
eorũ laudes ſuas ducebant. Sed ꝛ ver=
berari ſe ab eis ac lapidarĩ: ꝛ cõcludi pa
tienter accipiebãt: equanimiter ſuſcipiẽ
tes quicq̃d illud furentis vulgi excogi
taſſet inſania. Deniq̃ quodã tp̃e aſtãte
tribuno ꝛ prioribus ciuitatis pro ſolis
acclamatiõibus populi: correpti ꝛ incar
cerez truſi ſunt fratres vſq̃ ad p̃ntiam
preſidis, cuiꝰ aduẽtui offeruntur. In
quos ille tanta crudelitate vſus eſt: vt
ſeuitie eius ſpecies ſingulas nemo poſ
ſit exponere.

B ℭ Uectius igitur pagathus vn⁹
ex fratribus qui et in deum perfectam
caritatem et in hoĩes integram cuſtodi
ret: cuius vita cum eſſet adoleſcens ita
erat examinata omnibus et probata: vt
etiam grauiſſimis ſenibus preferretur.
Incedebat enim in omnibus mandatis
et iuſtificationibus domini ſine quere=
la. Ad obſequia quoq̃ ſeruorum dei
promptiſſimus erat. Is cum zelo diui=
no et feruore ſpiritus plenus tam crude
lia ſeruis dei ſupplicia videret inferri:
et contra ius faſq̃ tot penas humanis
viſceribus excogitari: indignitatem rei
vltra non ferens poſcit ſe audiri pro ci=
uibus optimis quib⁹ nihil impietatis
commiſſum probari poterat locuturũ.
Erat enim ꝛ nobiliſſimus inter ſuos et
eruditiſſimus. Uerum cum defenſionẽ
eius non reciperet obſtinatio iudicis:
inquirit tantum ab eo ſi eſſet ꝛ ipſe chri
ſtianus. Atq̃ chriſtianum ſe eſſe clariſ=
ſima et libera voce teſtatus eſt tanq̃
aduocatus inquit chriſtianorum: ꝛ ipſe
vinctoruz numero ſocietur. Sed in hoc
illi quidem quid dicerent ignorabant.
Ille vero habens in ſe aduocatum pro
nobis ieſum: hoc nomine meruit hono=
rari: ſancti preſbyteri zacharie: q erga
ſanctos plenitudinem caritatis oſten=
derat ſecutus exemplum. Qui et ipſe
dum fratribus adeſt: et defenſionem
libertatis que in noſtra religione con=
ſiſtit exequitur: dominicum ſecutus exẽ
plum animam ſuam pro ouibus ſuis
poſuit et pro amicis. Et ideo cum hoc
pariter velut diſcipuli fideles chriſti in
regno venturo ſequentur agnum quo=
cunq̃ vadit. His igitur optimis et fi=
deliſſimis ducibus vſus omnis reliquus
ſanctorum chorus prompti et alacres
alas ſuas pro fidei libertate ponebant.

C ℭ Aliqui autem impares et in=
firmiores inuenti: et ad illate perſecu=
tionis euehendum põdus inualidi: de=
cem ferme numero lapſu ſuo luctum no
bis et ingentem triſtitiam reliquerunt:
et multos animos quos priorum fides
accenderat infregerũt. Unde et omnes
valde perterriti ſumus: nõ propter tor=
menta que crudelius videbantur infer
ri: ſed pro exitu ꝯfeſſiõis incerto qz mul
to nos grauius lapſus noſtrorum q̃ ea
que inferebantur tormenta cruciabant.
Comprehendebantur tamen quotidie

quos dignos dominus iudicabat in la
pſoꝝ numeꝝ ſubꝛogari ita vt ex vtraqꝫ
eccleſia omnes qui ſtudioſi et magni vi
debantur: ⁊ quoꝝ laboꝛe ⁊ induſtria re-
gebātur eccleſie vniuerſi pariter tene-
rentur. Accidit autem etiam ſeruos
cōpḣēdi quoꝛumdam ex noſtris pa-
ganoꝝ: quoniam quidē publice iuſſum
fuerat requiri omnes et teneri. Quiqꝫ
demonis inſtinctu, cū toꝛmenta ptime-
ſcerent que inferri ſanctis videbāt: mo
nentibus ſe in hoc ipſuȝ militibus qui
bus ita fuerat preceptum ꝯmenti ſunt
aduerſum nos: velut thieſteas cenas ⁊
inceſta edippia perpetrantes: et alia q̄
nec ploqui aut cogitare nobis fas eſt ⁊
qualia nec credere quidem poſſum⁹
aliquando apud homines geſta. Que
cum de nobis diffamata fuiſſent in vul
gus: hoꝛroꝛi maximo ⁊ execrationi apđ
omnes homines eſſe cepimus: etiam
apud eos qui prius aliquid moderatio
nis erga nos ſeruandum eſſe cenſebāt.
Et omnes ſimul fremere aduerſuȝ chri
ſtianos atqꝫ inſanabili odio furere ce-
perunt. Tunc vidimus compleri illud
quod a domino dictū eſt: quia veniet tē
pus in quo omnis qui occiderit vos pu
tet ſe obſequium offerre deo.

D ¶ Poſt hoc iam ſupꝛa omne narra
tionis genus eſt ſupplicioꝝ ⁊ cruciatuȝ
modus qui ſanctis martyribus infere-
batur perurgente ſathana: quo ſcȝ etiā
illoꝛum confeſſione tale aliquid elicere
tur: a nobis eſſe commiſſum in quo om
nes pari atqꝫ eodem furoꝛe perſiſtebāt
vulgus iudex: officium milites purgen
tes p̄cipue ſanctum nomine: quendam
diaconum viānenſem: ⁊ maturum neo-
fitum quidem: ſed in fide ⁊ patientia ro
buſtiſſimum. Sed ⁊ attalum pergame
num ciuem qui columna et firmamen-
tū eccleſie noſtre in omnibus fuit ⁊ blā
dinam feminam: per quaȝ xp̄s oſtendit
qꝛ ea q̄ apud homines deſpecta ſunt: et
ꝯtēptu habent, i magna glīa apud deū
ducunt; ⁊ qꝛ charitas ei⁹: q̄ fragilia ſunt
p naturaȝ p grām facit eſſe firmiſſima.
Cū em̄ omnes nos de ea trepidarem⁹
ſed ⁊ ipſa ei⁹ carnalis domina: que erat
ex numero martyꝛum vereretur ne foꝛ-
te blandina cederet in toꝛmentis ⁊ pro
debilitate coꝛpis vix ad prime confeſſio
nis toꝛmenta ſufficeret: tanta tolleran
tie virtute firmata eſt vt reſoluerentur
ſemper fratribus iurare ſolitus ſit epi
ſcopatum ſe omnino non cupere, ſubi-
to ⁊ ex improuiſo, velut nouuȝ plaſma
epiſcopus apparuit. Scilicet qui diſci-
plinam et inſtituta eccleſiaſtica vindi-
cabat epiſcopatum quem non adeo ac
ceperat preſumebat. Tribus nanq̧ epi
ſcopis ſimpliciſſimis hominib⁹ et om-
niuȝ ignaris de romata italie parte ad
hibitis immo potius ſubtili ab eo circū
uentiōe deceptis imaginariam magis
q̧ legitimam ab eis extorquet manus
impoſitionem. Ex quibus tamen vnus
continuo ad eccleſiam redit confeſſus
pctm̄ ſuū ⁊ in ꝯmunionē laicaȝ pplo ēt
ꝓ hoc interueniēte ſuſcept⁹ eſt. In locū
vero reliquoꝝ duoꝝ q̇ nouato man⁹ im
poſuerunt ordinati ſunt alij ep̄i ⁊ miſſi.
Is ergo q̇ euangeliū vēdicabat neſcie-
bat in eccleſia catholica vnum ep̄m eſſe
debere vbi videbat eſſe ꝓſbyteros. xlvj.
diaconos. vij. Subdiaconos. vij. acoli-
tos. xlij. Exorciſtas et lectores cum hy- [hoſtiarijs]
ſtoriarys. lij. Uiduas cuȝ indulgentib⁹
mille quingentas: quos oēs deus alit
in eccl'ia ſua. Addit autem etiaȝ hoc q̄
idem ipſe nouatus in iuuētute ſpū im-
mundo vexatus ſit. Et cum tempus ali
quātuȝ ꝯſumpſiſſet apđ exorciſtas egri
tudinem incurrerit grauē ita vt deſpe-
raret. Et q̄ iacēs in lecto ꝑ neceſſitate
perfuſus ſit nec reliq̄ in eo q̄ baptiſmū
ſubſequi ſolent ſolemniter adimpleta
ſint: nec ſignaculo criſmatis cōſumma-
tus ſit. Unde nec ſpiritum ſanctum vn-
q̧ potuerit promereri. Deniq̧ inquit
cum priuata quadam gratia diligeret
ab epiſcopo: ⁊ vellet eum ordinare preſ
byterum clerus vero oīs et quamplu-

rimi ex laicis ꝓhiberēt dicentes nō li-
cere clericū fieri eū q̄ in neceſſitate poſi
tus in lecto grām ꝯſecutus ſit eꝑm ab
oībus ſpecialē gratiā popoſciſſe vt ſibi
de hoc vno iſto ꝯcederet. Scribit etiā
de ipſo ꝙ ꝑſecutionis tempore cum in
cellula quādā lateret ⁊ a diaconis vt
moris eſt ſubuenire in exitu catecumi-
nis rogaret: timēs ꝓcedere denegauit
ſe eſſe preſbyterū. Et ꝙ ſacramenta di-
uidens populis accipiētiū manus te
neret. nec prius ꝑmitteret ſumere ꝙ̄ ſi
bi ꝑ ea q̄ vnꝰ q̄ſq; tenebat in manibꝰ iu
raret ꝙ nūq̄ ſe relicto ad cornelium re
mearet. Hec ⁊ multa alia huiuſmodi
Cornelius de vita moribus ac propha
nis eius actibus ſcribit.

¶ Cap. xxxiij. de ſerapione aliquādo a fide lapſo digna memorie hyſtoria.

DIonyſius ve
ro de hac reſcribendo ſu
pradictū Fabianū itexit
etiā quandā hyſtoriā di
gnā memoria dicēs Se-
rapionē quēdā fuiſſe apud alexādriā
vnū ex his q̄ lapſi ſunt eūdēq; ſepe de-
precatū vt ſuſciperet nec tn̄ impetraſſe
Oppreſſum deinde hūc eſſe egritudine
ita vt triduo iam ſine voce prorſus iace
ret. Paululū ꝟo quarta die reſpirantē
vocaſſe ad ſe filiū ſuū ⁊ dixiſſe. Quouſ
q; me detinetis. Queſo vos cito aliqs
preſbyterum roget vt poſſim aliqn̄ di-
mitti. Et cum hoc dixiſſet rurſum ſine
voce permanſit. Abijt curſu puer ad pſ
byterū noctis tempore: infirmabatur
pſbyter. venire non potuit. Tamen qr
ꝓceptū fuerat a me vt lapſis ī exitu ne
mo reconciliationis ſolatia denegaret
⁊ maxime his quos prius id rogaſſe cō
ſtaret parum euchariſtie puero dedit
qui ad ſe venerat. Quod infuſum iuſſit
ſeni preberi. Regrediēte adhuc puero
anteq̄ ingrederet domum rurſus Se-
rapion reſpiciens rediſti inquit fili. Et
licet preſbyter venire non potuit. tu tn̄
imple quod tibi preceptū eſt vt poſſim
diſcedere. Cumq; eſſet completa ſolēni
tas velut cathenis qbuſdā vinculiſq;
diruptis: letiorē iam ſpm̄ reddidit. Ex
quo inqt ꝯſtat certiſſime huiꝰ boni au-
xilio nullum debere fraudari. Scribit
etiā ipſi nouato dionyſiꝰ epiſtolā cuiꝰ
exēplum inſerere his dignū putaui.

¶ Capi. xxxiiij. Dionyſij alexādrini ad nouatū perbreuis ⁊ magnifica epl'a ſimul ⁊ de ceteris eiꝰ ſcriptis.

DIonyſius no-
uato
fratri ſalutē. Si inuitus
vt ais in hoc veniſti oſtē
des ī eo ſi deſinas volēs
Oportuerat q̄dē etiā pa
ti oīa ne ſcinderet eccl'ia dei. Et erat
non inferior gloria ſuſtinere martyriū
ꝓ eo ne ſcindat eccl'ia q̄ eſt illa ne ydo
lis immolet. Immo ſc̄m meā ſniam ma
ius hoc puto eſſe martyriū. Ibi namq;
vnuſq̄ſq; ꝓ ſua tantū aīa. In hoc vero
ꝓ omni eccl'ia martyriū ſuſtinet. Sed
nūc ſiue tu ſuadere ſiue etiā cogere po
tes fratres redire ad concordiā maius
tibi erit emendationis meritum q̄ fue
rat culpa ꝯmiſſi. Qr illud iā non impu
tabitur hoc etiam laudi dignū duce-
tur. Si vero illi incredulitate ꝑmanſe-
rint ſaluās ſalua animā tuā. Uale: pa
cem deſiderās quā tibi imprecor. Hec
eadem etiā nouatiano ſcripſit. dedit ſ̄ēt
ad egyptios epiſtolam de lapſorum pe
nitentia: in qua ⁊ regulas eis ſtatuit pe
nitendi. Sed ⁊ multa alia probatiſſima
feruntur ſcripta dionyſij. Scribit de pe
nitētia ⁊ cohortatoriū libellū de marty
rio ad originē. Ad laodicēſes ⁊ armen-
tos de penitētia ad corneliū quoq; vr
bis Rome epiſcopum plurima ſcribit.
In quibus etiā hoc indicat inuitatum
ſe a multis epīs: id eſt ab heleno tarſo
cilicie ⁊ firmiliano capadocie. ⁊ theoti-
ſto paleſtine vt ad ſynodū antiochiam
pergat ꝙ ibi nouati dogmata q̄dā aſſe
rere conarent. Et addit ꝙ ⁊ fabiano an
tiocheno epiſcopo defuncto demetria
nus in epiſcopatu ſucceſſerit. Sz ⁊ de
hieroſolymoꝝ ep̄o his verbis ſcribit.
Admirabilis autem vir inquit alexan
der in carcere poſitus beato fine preceſ
ſit ad dn̄m. Eſt et alia ipſius dionyſij
epiſtola ad romanos ſcripta de mini-
ſterijs. Et alia itē ad ipſos de pace ⁊ de
penitētia

pula. Et ad quoſdā cōfeſſores q̄ adhuc in vrbe Roma nouatū ſeq̄bant. Et rurſum ad eoſdē poſtea q̄ȝ ad eccłiaȝ ꝯuerſi ſunt duas epiſtolas ſcribit. Sed ⁊ ad multos alios varia ac diuerſa ſcribens ſtudioſis q̄buſq; iſtructionū ⁊ doctrine copioſiſſimam materiam dereliquit.

Explicit liber ſextus.

Incipit liber ſeptimus.

Cap. j. de morte decij ⁊ origenis deq; initio perſecutionis galli.

SEptimū nobis eccłiaſtice hyſtorie librū ſcriptoꝝ ſuoꝝ cudat elogijs nobiliſſimꝰ patrum ⁊ clarꝰ in epłis dionyſiꝰ. Qui poſtea q̄ȝ decius nō totis duobꝰ annis pncipatu romani apicis miniſtrato cū filijs pariter interēptus eſt ⁊ gallus ſuſcepit imperiū. (Quo tpe etiam origenes ſeptuageſimo etatis anno ad integrum expleto defunctus eſt.) Scribens hermammoni cuidaȝ de gallo hec refert. At ne gallus iquit malū decij aut videre potuit aut cauere: ſed in eūdē lapidē offenſionis impegit. Cuius regnū cū floreret initio ⁊ cūcta ei ex ſentētia cederēt. ſanctos viros qui pro pace regni eius deo ſummo ſupplicabant perſecutꝰ eſt: cum quibus ⁊ proſperitatem ſuam pariter effugauit ⁊ pacem.

Capitu. ij. de cipriano qui cenſuit hereticos rebaptizandos.

IN vrbe vero roma cornelio epatu gerente et apud cartaginē cypriano: ambobꝰ fide ⁊ ỽtute et pietate p̄ſtantibꝰ q̄ſtio exorta eſt in affrice magis partibus ſi oporteret hereticos rebaptizari. Cūq; id a cypriano et ceteris pene omnibus per affricaȝ ſacerdotibꝰ oporteret fieri decreuerit. Corneliꝰ ⁊ ceteri oēs p italiam ſacerdotes hmōi decretū manēte ſacerdotali concordia refutarūt ſtatuētes antiquitus a patribus ſup hoc traditam regulā debere ſeruari. Que continebat poſt abiectionē praui ⁊ confeſſionem recti dogmatis ſola eos manꝰ impoſitione purgandos.

Cap. iij. de ꝯcordia eccleſiarum orientis ſuper reiteratione baptiſmi.

SEd poſt cornelij conſummationeȝ qui tribus circiter annis ſacerdotio functus eſt: epatus ſedem luciꝰ ſuſcepit. Cui octo ſolis mēſibus ſacerdotio amminiſtrato ſtephanus ſuccedit. Quiq; ſimileȝ cornelio de non rebaptizando ſnīam tulit. Ad quē dionyſius multa et ſepe ſcripta dirigit de multis eccleſiaſticis diſſerēs cauſis. In quibus inter cetera etiam hoc indicat q̄ omnes eccleſie abiecta nouatiꝰ p̄ſumptione pacem inter ſeinuicem ſeruēt. Scribit ergo de hoc his ỽbis. Scito autem frater oēs eccleſias in oriēte que prius cōturbabātur nunc rediſſe in concordiam et omnes ſimul vnanimiter coherere: gaudētes ⁊ exultantes de pace que vltra ſpeȝ eccleſie reddita eſt. Id eſt demetrianuȝ apud antiochiam: ⁊ theotiſtum apud ceſaream, mazabanē in hieroſolymis dormiente in pace alexandro, maximum apud tyrum, heliodorum apud laoditiam, helenum in tarſo, firmilianuȝ in capadocia. Uerum ne ſermo epiſtole longior fieret nobiliū tantūmodo vrbiuȝ tibi epiſcopos indicaui: vt etiam ceteros cuȝ ipſis pariter vnum ſentire non dubites per vniuerſam ſyriam vel arabiam. Sed et hi quibus nunc ſcripſiſtis meſopotamie epi idem ſapiunt. Ponti quoq; et bithinie omnes pariter vnanimes et concordes ⁊ multa ſibi inuicem charitate connexi glorificant dominum noſtruȝ. Hec dionyſius ſcribit.

Cap. iiij. que ſixto ſcripſerit dionyſiꝰ ſuper baptiſmate.

STephano vero duobꝰ annis impleto ſacerdotio Rome ſixtus ſuccedit. Ad quē ſcribit nihilominus dionyſiꝰ de baptiſmate cōmemorans q̄ ſtephanꝰ q̄dē deceſſor ſuus ſcribēs ad firmilianū ⁊ helenū ceteroſq;

ꝟlaꝝ partiū ep̄os ſtatuerit nec cōicādū
eſſe his q̄ rebaptizāt:ſʒ debere ꝯſidera
ri magnitudineʒ rei:q꞉ nō queꝯ̄cūqꜫ: ſed
pmagni ꝛ nobiles in ep̄is viri ſint q̄bꝰ
hoc viſum ſit. Dicit etiā ꝙ ſup hoc ſcri
pſerit plenius ad dionyſiū ac filonienē
pſbyteros vrbis rome. Indicauit autē
pariter etiaʒ de ſabellijhereſi q̄ tēꝑibus
ipſius exorta ſit ſcribens hec.

¶ Cap̄. v. de hereſi ſabellij.

QUid autē di-
cā de ea doctrina q̄ apud
ptolomaidā pētapoleos
ciuitatē nuꝑ exorta ē ple
na blaſphemijs i dn̄m pa
trē ꝛ i dn̄m nr̄m ieſum xp̄m negās vere
eē eū filiū p̄ris:nec p̄mogenitū oīs crea
ture Silr̄ ꝛ ſctiſpūs auferēs itellectū.
Pro q̄bꝰ cū vtreqꜫ ꝑtes ad me veniſſent
ꝛ p̄n̄tibꝰ fratribꝰ q̄ ꝯmota fuerāt diſcuſ
ſiſſent etiā lr̄is ꝓut deus dedit ꝑuitati
mee ꝓſecutꝰ ſum ꝛ ſcripſi ſingula q̄qꜫ di
ligēter exponēs q̄ꝝ tibi exēplaria trāſ-
miſi. Sʒ ꝛ i tertio libro d̄ baptiſmo quē
ſcribit ad philonienē p̄ſbyterum vrbis
rome etiam hec commemorat.

¶ Cap̄. vj. de viſione q̄ dionyſio appa-
ruit ſuꝑ lectiōe librorum hereticorū.

EGo inquit tra
ctatꝰ hereticoꝝ lego ꝛ traditio
nes eoꝝ ꝑſcrutor ēt ſi videar ad horaʒ
ꝟbis eoꝝ pollui. Sʒ multū mihi ꝯfert
hoc ip̄m ꝙ ex ip̄oꝝ verbis arguere eos
poſſuʒ. Deniqꜫ cū aliq̄s ex frībꝰ cū p̄ſby
teris ꝓhiberet me ne heretica lectione
tāqꜫ ſceni alicuiꝰ fetoreq̄ pollueret viſio
mihi q̄dā a deo oñdiť q̄ me ꝯfirmaret:
ꝛ ſmo ad me factꝰ eſt hec mihi euidenť
ꝓloquēs:lege oīa q̄cūqꜫ i manꝰ tuas ve
nerint q꞉ ꝓbare ſingula q̄qꜫ ꝛ diſcerne-
re potes:q̄ñ q̄dē ꝛ ex initio hec tibi fuit cā
credēdi ā plexꝰ ſum viſionē q꞉ ꝛ ap̄lice
ſnīe ꝯcordabat dicēti oīa legite q̄ bona
ſunt tenete. In ip̄o q̄ʒ libello cōmemo-
rat:nō tūc primū in affrica de hereticis
rebaptizandis ab ep̄is decretū eſſe:ſed
antea iā in nōnullis eccleſijs ꝛ concilijs
ep̄orum velut in iconio:atqꜫ alijs locis
de hoc fuiſſe tractatum.

¶ Cap̄. vij. adhuc de nouati impietate.

SCribit adhuc et
in q̄rto de baptiſmate lib. ad dio
nyſiū vrbis rome p̄b̄rm plurima de no
uati ip̄ietate ꝯmemorās. In quinto ꝟo
lib. ad ſixtū vrbis rome ep̄m ſcribēs ad
uerſū ſupradictā hereſiʒ q̄dā diſſerēs ēt
tale aliq̄d accidiſſe ꝯmemorat hiſ ꝟbis
Uere aūt fr̄ ꝯſiliū peto ꝛ req̄ro ſnīaʒ q̄d
tibi videať i ea cā q̄ in eccl'ia nr̄a exorta
eſt vereor em̄ ne forte fallar in aliquo.

¶ Cap̄. viij. baptiſma nō eē iterādū oñ
diť ꝑ hyſtoriā memoratu digniſſimā.

ERat apud nos
frater q̄dā fidelis antiq̄ꝰ añ etiā q̄ꝫ
ego ep̄s ordinarer imo ꝛ añqꜫ deceſſor
meꝰ eraclas q̄ cū intereſſet his q̄ bapti
ʒabanť ꝛ audiret:vel q̄d interrogēť vel
q̄d reſpōdeāt. Flēs acceſſit ad me:ꝛ ꝓ-
cidēs ad pedes meos cōfiteri cepit ba-
ptiſma ab hereticis aliter ſe ſuſcepiſſe.
Qd̄ tm̄ ſcd̄m ea que nūc videret a nobis
miſtrari nec baptiſma duceret eo ꝙ eſ-
ſet repleta blaſphemijs oīs illa ꝯfeſſio.
Similiť ꝛ hoc addebat ſe intm̄ ꝓ hoc
errore ſtimulari vt ne oculos q̄dem ad
deum auderet erigere. Propter qd̄ exo
rabat mūdari ſe ꝛ purificari eccleſiaſti-
co baptiſmate vt ꝛ gr̄aʒ cōſequi poſſet
ſpūſſcti. Qd̄ ego facere auſus nō fui:ſʒ
dixi poſſe ei ſufficere tā multi tp̄is cō
munionē quam in eccleſia cōſecutꝰ eſt
per hoc ꝙ a nobis euchariſtie ſuſcipiens
donum reſponderet tamen:ex quo et ꝑ
ſingula potuiſſet ipſa ſacramentoꝝ vir
tute purgari. Cohortabar igitur cū de
bere cōfidere fidei ſue ꝛ conſcientie iaʒ
purgate et ante omnia ꝙ tandiu in ſa-
cramētis nobis iam particeps fuerit.
Sʒ ille neqꜫ a luctu ceſſat ꝛ lachrymis:
neqꜫ vltra ad menſam dominicam au-
det accedere:ita vt vix a nobis cohorta
tus et compulſus orationi audeat in-
tereſſe. Hec ꝛ multa alia de huiuſcemo
di q̄ſtionibus per diuerſos libros ſuos
dionyſius ſcribit.

¶ Cap̄. ix. de valeriano q̄ primū cū eēt
humaniſſimus poſtea p̄ceptore depra
uatus xp̄ianos dure perſequitur.

Allus vero nō integris duobꝰ annis imperio detēto rebus humanis exēptus eſt. Poſt quē valerianꝰ cū filio balieſo ſuſcepit pncipatū. De q̄ dionyſius ſcribens iterū ad hermammonē hoc mō refert. Sed ⁊ Johanni ſitr reuelatū eſt vt diceret. Et datuȝ eſt inquit ei os loquens magna ⁊ blaſphemias. Et data eſt ei poteſtas p mēſes.xl.⁊ duos. Utraq̄ aūt complētur in Ualeriano. Uere eniȝ mirandū eſt qūo ſupꝛa ceteros q̄ ante ſe fuerūt hic ⁊ humanus ⁊ benignꝰ extitit erga famulos dei. Ita vt in initijs multo etiā illis benignioꝛ videretur q̄ noīe ſaltim xp̄iani dicebanť. Intantum venerabať ſeruos dñi:⁊ omnis eiꝰ domus erat eccł̄ia dei. Depꝛauatꝰ eſt aūt ⁊ a veritate deiectꝰ per quendā doctoꝛē peſſimū magiſtrū ⁊ pꝛincipem egyptioꝝ magoꝛum.vt iuſtos ⁊ ſanctos viros pſequi ⁊ interimi iuberet.tanq̄ q̄ aduerſarent magicis artibus q̄bus ſe ipſe ſubdiderat. Erāt em̄ reuera ⁊ ſunt etiā nunc qui poſſint ꝟtute meritoꝝ ſuoꝝ reſtinguere fallacias demonum. Nā ille vt impuros ritus ⁊ execranda miſteria ac ſacra inceſta conficeret pueros impubes iugulari iubebat ⁊ oꝛbari liberis patres atq̄ intenerís viſceribus humanas rimari p piaculum;fibras ⁊ voceȝ illic querebat vbi fugauerat vitam. Sed ⁊ multa alia huiuſcemodi de valeriani piaculis memorans addit etiā hoc qđ ipſe a barbaris captꝰ ⁊ luminibꝰ oꝛbatꝰ filios ſceleris ⁊ ipuritatis ſue reliq̄rit ſucceſſores

¶ Capi.x. q̄ta dionyſius ſub valeriano perpeſſus ſit.

Pſe vero dionyſius q̄ta in eiꝰ pſecutione ptulerit ⁊ q̄bꝰ affectꝰ ſit cruciatibus ꝓpter nomen dei ſcribēs ad quēdā germanuȝ ep̄m q̄ q̄ſi obtrectatoꝛ eius eſſe videbať refert vbi ⁊ acta ꝯfeſſiōis ſue iſeruit apđ emilianū p̄ſidē geſta. In q̄bꝰ cū dionyſius vnū ſolū dñȝ q̄ celū feciſſet ⁊ terrā diceret adoꝛādū ceteros aūt neq̄ eſſe deos neq̄ adoꝛari debere:in caſtrū qđdā deſerti q̄ cefro appellať i exiliū trudiť ob hoc p̄cipue electū q̄ loci incole gētiles erāt ydoloꝝ ſupſtitionibꝰ ſatis deditı. Quiq̄ exulē dionyſiū p̄mo hoſtili aīo ⁊ ſatis aduerſa mēte ſuſcipiūt. Poſt vero cū paulatim p dñi grām ꝟbū dei his ſeminare cepiſſet.ps maxia trucis ⁊ barbari ppł̄i relictis ydolis ꝯuerſa eſt ad dñm verū xp̄oq̄ ſubiecta. Quo cōpto rurſus eū ad aliū locū vicinū q̄dē alexādrie ſed incolis deſertū ac pene habitatoꝛibꝰ vacuū trāſtulerūt. Sȝ ⁊ ibi cū p vrbis vicinitate noſtroꝝ ppł̄i eū freq̄ntarēt:⁊ tāq̄ odoꝛe paſtoꝛ recepto grex letioꝛ ⁊ ꝯſtātioꝛ agonibus redderet: rurſum miſſis cū cēturiōe militaribꝰ viris ip̄ȝ dionyſiū ⁊ cū eo gaiū ⁊ petrū cathenis ꝯſtrictos ⁊ diuerſis cruciatibus afflictos in deſertū q̄ddā libie ptraxerť. Ibiq̄ eos i loco ſq̄uallidiſſimo ⁊ oī vſu humanitatis carēte a paretonio triuȝ dieꝝ itinere in deſertū ꝓtēto nexos vinculis reliq̄rūt. Hec i diuerſis ſuis ep̄lis ſupꝛadictꝰ vir ſcripta dereliq̄t. In q̄bꝰ memoꝛat etiā maximū p̄ſbyterū ⁊ dioſcoꝝ. Demetriūq̄ ⁊ luciū necnō ⁊ fauſtinum atq̄ aq̄lā ſatis claros ⁊ inſignes titulo ꝯfeſſionis effectos. Sȝ ⁊ ex dyaconibus quoſdā in inſula poſt penas confeſſionis eſſe defunctos. Supꝑfuiſſe ꝟo ex his fauſtū ⁊ euſebiū;Quibꝰ etiā refert m̄ fiducie ⁊ magnanimitatis p dei grāȝ datū:vt cū ad eos q̄ i carcere tenebanť frēs:nemo ꝓrſus hūanitatis ⁊ miſterij cā pmitteret accedere:iſti tn̄ inde ſineter ⁊ reuiſerēt ⁊ neceſſaria miniſtrarēt. Et cū ꝑ dies ſingulos p̄ſidis furoꝛ creſceret:iugulādos alios:alios ſupplicijs ⁊ diuerſis cruciatuū gn̄ibꝰ affligendos ſqualoꝛe carceris ⁊ catenarū pōderibꝰ enecandos:⁊ ſup oīa p̄cipiendo:ne q̄s ad eos ꝓrſus accederet:vt ex iedia quaſi aliđ toꝛmētı genꝰ adhiberet. Cōceſſit tn̄ deus ſupꝛadictis diaconibus grām ꝯfeſſoꝛibꝰ ſuis ꝓuidēs vt inuitis oībus iſtis tamē nō negaret ingreſſus. Sciendum tn̄ eſt q̄ hic euſebius quem dyaconū ſupꝛadiximꝰ poſtmodum ep̄s apud laodıtiam Syrie oꝛdinatus eſt. Maximus vero quē p̄ſbyterū memoꝛaui

mus ipſi dyoniſio apud Alexandriã ſuc- ceſſit in epiſcopatu. Fauſtus aũt qui cũ ipſis tunc cõfeſſor enituit vſq ad pſecu tionẽ q̃ noſtris tpib⁹ facta eſt: grãdeu⁹ et plenus dier perdurans perfecto mar tyrio obtrũcatione capitis cõſummat⁹ eſt. Hec a dionyſio certiſſima fide me- morantur.

¶ Cap. xj. de perſecutiõe valeriani apud ceſaream paleſtine.

Ibitur in vale riani perſecutiõibus apud ceſareã paleſtine multa a diuerſis martyria ↄſummata ſunt. In quibus tres q̃dã admirandi adoleſcentes: quor vnus priſcus: alius malcus: terti⁹ alexãder vocabatur. Cũ in ſuburbano agello ſupradicte vrbis habitarẽt: diuino fidei calore ſuccẽſi, ce perunt ſemetipſos ſegnitie atq ignauie incuſare: q cum celeſtes in vrbe martyrij pponerentur corone: ipſi nõ deſide- rarẽt: nõ raperent. cũq dñs et ſaluator re gnum celorũ violẽter diripi debere te- ſtatus ſit: ipſi inglorios: et deſides ani- mos humi gererent. His igitur ſemet- ipſos alloquijs incitãtes vrbẽ petunt: et adorto iudice truculento: cur tm in ſan- guinem pior deſeuiret incuſant. Ille continuo nobiles animos iuuenũ quaſi dignis remunerat affatib⁹, deuorãdi in- quit beſtijs ſubigant: quibus nõ placet pior ſanguinẽ fundi. Sed et mulier. que- dam ſupradictorum iuuenum ſecuta fer tur audacie et magnanimitatis exemplũ ſimilemq ſortitur exitum pene. Quam tamen de Marcionis ſcola fuiſſe loque bantur.

¶ Capitulum. xij. de eodem.

Arinũ quoq virũ militarẽ: hieroſolymo rũ cinẽ honore et diuitijs cla rũ cũ ſupradicta vrbe inter collegas ſuos per ordinẽ gradus ſui ho nor quidã contingeret militaris. vt fie- ri ſolet ĩſequẽtẽ collegã ſuũ ſubit inuidia et exclamat. Nõ poſſe marinũ adipiſci ſuperiorẽ gradũ: q cẽt xpian⁹. Interro gat a iudice marin⁹: ſi ita res ſe haberet Ita ille eſſe: et vere ſe eſſe xpianũ clariſſi ma voce teſtat. Tres ei deliberãdi ho- re decernunt a iudice: vt eligat vtrũ ve lit imolare dijs et imperatori: an xpianus interiret. cũq a tribunalib⁹ fuiſſet egreſ ſus: Theotignus eps loci apprehenſa manu eius: pducit eũ ad ecclĩam. Ibiq multis verbis in fide cõfirmans ad vlti mũ in interiora pducit altaris: gladiũq ſuũ quo precinctus erat oſtendẽs ei. Et rurſum offerens euãgeliũ q̃d e duobus mallet interrogat. Marinus vero pro- ptiſſima fide cũ manũ ad euãgeliũ tetẽ- diſſet: obtine inq̃t theotign⁹ qd̃ elegiſti o fili: et contẽnẽs preſentẽ vitã eternam ſperato. Cõfidens perge: et ſuſcipe coro- nã quã tibi dñs pparauit. Regreſſus ↄti nuo ad tribunal euocat per pconẽ. Ade rat eĩ tps ſtatutũ. Ille h̃o nec moras patitur: nec expectat interrogantẽ: ſed cõtinuo ſibi et deliberatũ aſſerit: et ex pri- nis legib⁹ ↄfirmatũ: q deo obtẽperare oporteat magis q̃ hoib⁹. Quẽ iudex illi co capite puniendum p tali reſponſione pronunciat.

¶ Cap. xiij. De aſturio eiuſq clariſſi mis geſtis.

Ed inter eos cunctis clarior: et meritis fi- dei ſupra ceteros inſignis: memorat aſtiri⁹ vir roma- ne vrbis ſenator patrici⁹ nobilitate: fa- cultatib⁹ ppinquitatũ ẽt regia et oi bo- norũ fama ſatis clarus. Qui cũ ſupradi cti martyris extremis intereſſet exequijs et capite ceſum cadauer: ſubiectis hume ris ſuis et ſubſtracta veſte q̃ iduebat ex- cipet: honorẽ quem martyri detulit cõti- nuo ipſe martyr aſſequit. Sed et multis alijs cũ pclarũ geſtis in fide xpi enituiſ ſe tradiderũt nobis hi q̃ eũ in corpe ad- huc poſitũ viderũt: in quib⁹ etiã tale ali quid p eũ geſtũ memorabant. Apud ce- ſareã philippi: q̃ nũc paneadã phenices vocãt aiunt ſub adrie montis q̃ appella tur Pauius ex quo fluuij Iordanis pri- ma fluenta proſiliunt morẽ fuiſſe genti lis erroris certa ac ſolẽni die imolari vi ctimã. Que victima arte quadã demo- nis ſubito nuſq cõparebat. Et erat hoc

famoſiſſimi miraculi genꝰ quo perſua-
deri aſtantibus videret in celū hoſtiā in
uiſibilr eſſe ſublatā. Accidit igit dū hec
gererent adeſſe Aſtiriū. Qui cū videret
oēs miraculi huiꝰ ſtupore ꝯſtringi, hu-
manos miſeratus errores cū gemitu et
ſuſpirio oculos ad celū pariter tendit. ⁊
palmas: xp̄m qui eſt ſup oia deꝰ tota fi-
de ꝓfuſis lachrymis inuocat: vt preſti-
gia fallacis demonis arguat: miſeriſqꝫ
mortalibꝰ erroris huius ſoluat archa-
nū. Hec illo cū fletibꝰ ſupplicāte ſubito
victima q̄ inuiſibiliter credebat̄ aſſum-
pta: ſuperferri aquis vr̄: ⁊ in cōſpectibꝰ
oīm redditur: nec vltra in illis locis er-
ror hmōi potuit reperiri: ita vniꝰ xp̄ia-
ni prece: tantorum deceptionum machi
na cum auctoribus ſuis demonibꝰ diſ-
ſoluta eſt.

¶ Cap. xiiij. de emorroiſſa a xp̄o cu-
rata memoranda hyſtoria.

VErū q: vrbis
huius fecimus mentionez
iuſtum videt̄ cōmemorare
etiā illud in ea qđ hyſtoria
dignū duximus mulierē quā ſanguinis
ꝓfluuio laborātē a ſaluatore curatam
euāgelia tradiderūt huius vrbis ciuez
conſtat fuiſſe: domuſqꝫ eius in ea etiam
nunc oſtenditur. Pro foribus ꝟo domꝰ
ipſius baſis quedaz in loco editiore col
locata mōſtratur in qua mulieris ipſiꝰ
velut genibus prouolute palmaſqꝫ ſup
pliciter tēdentis: imago ere vr̄ expreſſa.
Aſtat vero alia ere nihilominꝰ fuſa ſta-
tua, habitu viri ſtola compta circūdati
et dexteram mulieri porrigentis. Huiꝰ
ad pedē ſtatue e baſi herba quedā noua
ſpecie naſcitur. Que cum exorta fuerit
excreſcere vſqꝫ ad ſtolle illius erei indu
menti fimbriam ſolet: quam cum ſum
mo vertice creſcens herba contigerit:
vires inde ad depellendos omnes mor
bos languoreſqꝫ conq̇rit ita vt quecūqꝫ
fuerit illa īfirmitas corporis, hauſtu exi
guo madefacti ſalutaris graminis de-
pellatur. Nihil omnino virium gerens
ſi antecꝫ erec fimbrie ſummitatem cre-
ſcendo contigerit decerpatur. Id. in
Hanc ſtatuam ad ſimilitudinez hyſto.
vultus Jeſu formatam trade- triper.
bant. Que permanſit ad noſtra lib. vj.
vſqꝫ tēpora: ſicut ipſi oculis no- c. xlj.
ſtris inſpeximus. Et nihil mirū
ſi ij qui ex gentibus crediderant
ꝓ beneficijs que a ſaluatore fue
rant conſecuti: huiuſmodi velut
munus videbantur offerre: cum
videamus etiam nunc ⁊ apoſto
lorum Petri et Pauli: et ipſius
ſaluatoris imagines deſignari
tabuliſqꝫ depingi. Sed ⁊ anti-
quas ipſorū imagines a quibuſ
dam conſeruatas nos vidimus.
¶ Quod mihi videtur ex genti-
li conſuetudine indifferēter ob-
ſeruatum: quod ita ſoleant ho-
norare quos honore dignos du
xerint. Inſignia enim veterum
reſeruari ad poſterorum memo
riam: illorum honoris: horū ve-
ro amoris indicium eſt.

¶ Capitulū decimūquintū
De cathedra ſancti Jacobi.

JEnicꝫ ⁊ ia
cobi cathedra q̄ pri-
mus iter epiſcopos
ab ipſo ſaluatore: et
ab apoſtolis in hieroſolymis eſt
electus quemqꝫ fratrem chriſti
volumina diuina deſignāt vſqꝫ
in hodiernum inibi cōſeruatur:
atqꝫ in ea ꝓſedēt omnes: qui vſqꝫ
ad preſens tempus ſedis illius
ſacerdotium ſortiuntur. Serua-
tur ergo cum ingenti ſtudio ve-
luti a maioribus tradita memo
ria ſanctitatis. Et cum venera
tione magna habetur. vel vetu
ſtatis: vel primi ſacerdotij ſancti
ficationis obtētu. Sz de his iſta
ſufficiant.

¶ Capitulum decimumſex
tum. quod pacem Galienus
reddit eccleſijs.

Galienus vero Ualeriani filius poſteaq̄ rerũ ſummã ſolus obtinuit lenius ac moderati⁹ erga noſtros agere inſtituit. Datiſq; decretis inhiberi ſupplicia: perſecutioneſq; ceſſare: ⁊ quo quiſq; putat more exorare q̄ diuinũ eſt ſinit.

¶Cap. xvij. de quarundã eccleſiarũ per idem tempus epis.

Per idẽ tẽpus cũ romano adhuc ſacerdotio ſixt⁹ preeſſet ⁊ apud antiochiam Demetrianus: firmilianuſq; adhuc ceſaree cappadotie ſupeſſet, ponti eccleſias gregori⁹ q̄ pri⁹ theodorus dictus eſt ex origenis diſcipulis: cum fratre anthenodoro ſuſcepit gubernandas. Apud ceſaream vero paleſtine poſt theotiſtum dõnus epiſcopatum ſortitus: ⁊ breui defunctus theoteno iam noſtre memorie viro ſedẽ tradidit. Qui et ipſe origenis auditor fuiſſe dicebatur. Jn hieroſolymis vero poſt mazabbanẽ: ſacerdotiũ ſuſcepit hymeneus. Et hi oẽs in pace eccleſias gubernabant.

¶Cap. xviij. de alexandria ciuitate que ſeditione gentis ſue vaſtata eſt et deleta.

Sed apud alexandriam etiam ſi nulla extrinſecus mali cauſa ſit eo ipſo quod gen⁹ hominum ferox ſeditioſum: et ſemper inquietũ eſt: ciuiles inter ſe motus ⁊ bella non virtutis merito neq; ob defenſionem ſed ob necem atq; interitũ ciuiũ cõmouebant. De quibus dioniſi⁹ in epiſtolis ſuis cõmemorans refert ita a proprijs ciuibus eſſe vaſtatam deletãq; vrbem: vt illa que cõſtipatione populorum vix ſoleret digredientibus incedendi ſpacium dare: nunc eo vſq; peruenerit: vt conſpicere in plateis hominem valde rarum ſit: madere omnes ciuium ſanguine vias: cadaueribus obtegi: ⁊ ne ad ſepeliendum quidem ſufficere qui ſuperſunt. Unde et poſt belli rabiem: ferriq; vaſtationem: corrupti aeris et fetore cadauerum peſtilentia increuerit: ita vt ſi quis fer[illegible]ro ſuper fuerat idem morbus aſſumeret.

¶Capitulum. xix. de eiuſdem ciuitatis vaſtatiõe ⁊ ſuis [illegible] cauſis dionyſij teſtimonio.

Scripſit autẽ de his idem dionyſius in epiſtola paſchali: que ſolenniter per annos ſingulos legi ſolet his verbis. Alijs fortaſſis hominibus non videatur tempus hoc tempus eſſe ſolennitatis. quoniãquidem luctus vbiq; et acerba lamentatio in plateis cuncta circũſtrepit gemitus vero ineſt ⁊ mugitus in domibus propter multitudinem morientiũ. Sicut [illegible] de primogenitis quondam egiptiorum refertur: ita etiam nũc ingens vbiq; clamor attollitur. Non enim eſt domus ſicut ſcriptum eſt, in qua non ſit mortuus. primo nãq; ipſi manibus ſuis partem maximam ⁊ meliorem populi ceciderũt perſequendo ſanctos. Partẽ alteram bella inteſtina rapuerũt. Partem vo que ſuperfuerat peſtilens nũc egritudo conſumit. Sed nos nec in perſecutionibus cũ iugularemur: a feſtiuitate ceſſauim⁹: nec vnq̄ nobis põt ſolẽnitas impediri: quibus precipit in tribulatiõe gaudere. Ois igit nobis locus quicũq; a tyrannis eligebat ad penã ſiue ager ille ſeu deſertũ fuit: ſiue inſule ſiue carcer, ſolẽnitatẽ nobis impedire nõ potuit. Letiſſimã vero ſuper oẽs habuere ſolẽnitatem beati martyres: q̄ cum ſanctis angelis in celo paſcha curarũt. Poſt hec perſecutores noſtri in ſemetipſos manus ac tela verterunt. Sz nec ſic quidẽ noſtrorũ feſta turbata ſunt. Inſecutus eſt hic peſtilens morbus et plaga terribilis: ſed illis multo terribi-

lior ⁊ grauior: quos nec ſpes erigit futurorū. Nobis vero hec omnia exercitia quedam virtutis et fidei probamenta ducunt. Quāuis enī denſior ſeuiorꝗ paganos magis ꝙ̄ noſtros morbus inuaſerit: tn̄ ne a noſtris quidem penitus abſceſſum eſt. Et poſt pauca addit dicens. Multi nāꝗ ex fratribꝰ noſtris ꝑ nimia caritate dū abſꝗ vlla cunctatiōe infirmos viſitare non deſinunt. ⁊ non ſolum viſitare: ſed et miniſtrare: et exhibere officia que dn̄s precipit: repente morbi contagione: cū illis pariter quibus miniſtrare voluerant interibant. Affectu enim quodam dilectionis attracti: ⁊ velut participare dolores cum dolentibꝰ cupiētes alienas in ſe mortes haud ſegniter transferebant: effectiꝗ ſunt eorum vt dicit apoſtoli ſermo: pipiſſima. Deniꝗ plurimi noſtrorum precipui et electi viri ſtter quos preſbyteri nonnulli et dyaconi: multiꝗ alij de plebe ꝯſtantiſſima ⁊ ardentiſſima fide tanꝗ ſi martyrij tp̄s iſtaret miſerādo ifirmos: ſemetipos huiuſcemodi mortibꝰ inſerebāt: miſericordie ex hoc martyrium capere preſumentes. Et dum curādis egris: defunctis exportandis humandiſꝗ corporibuſꝗ operam dabant: inſequebātur pene eos: ꝗs ſuis humeris ad ſepulchra deuexerunt. Pagani vero contrario ſuos continuo vt egrotare ceperant deſerebant: parentes caros liberos: vxorem coniunx: filijꝗ nihilominꝰ parentes ſtatim vt tremere membra vidiſſent: ⁊ morbo ora pallere: domo propulſos: in plateas ſemiſſes eijciebant: ibiꝗ inſepulta eorum cadauera relinquentes: vim morbi quā per hec ſe effugere opinabātur dupliciter incurrebant. dū ⁊ peſtilētie rabiē etiam fetor inſepultorū cadauerum iungeretur.

¶ Capitulum. xx. De galieni imperio.

REfert idē dionyſius de galieni temporibus: quod eo regnante eccleſie dei in pace durarunt et qd̄ medijs eius tribus, Marcianus velut nubes quedā tenebroſa et tetra ſubito regni eiꝰ obſcurauerit lucē. Quo rurſum ad vicē eſtiue nubis abolito: galienus nouū vt ipſe ait ex veteri vniuerſo mundo lumē effulſit. Simul enim atrocē tyrannū ⁊ regno deturbauit ⁊ vita. deſignat aūt etiam tp̄s ꝙ nono anno imperij galieni hec ſcriberet. Extant et alia ꝗꝫ plurima neceſſaria ſatis ⁊ admiranda dioniſij opuſcula que vtilitatis plurimū legentibus conferāt: inter que ſcripſit etiam de repromiſſionibus futuris exigente cauſa huiuſmodi.

¶ Cap. xxi. de nepote egyptio ep̄o circa promiſſiones futuras errantes.

EPiſcopꝰ quidam erat in partibꝰ egypti, Nepos noīe hic iudaico intellectu de futuris repromiſſionibꝰ ſentiebat eaſꝗ corporaliter exhibēdas docebat. Et mille ānis i delitijs corporalibus in hac terra ſctōs regnaturos eſſe cū xp̄o. huiuſꝗ ſui dogmatis probamenta: ſumptis ex reuelatione iohannis teſtimonijs conabatur aſſerere. De quibus etiam libellos edidit: interpretationes huiuſmodi continētes. Igit̄ dionyſius de repromiſſionibus ſcribēs adhuc nepotē ſtilū ſue intētiōis obuertit: ⁊ in ꝑmo ſtatim libro ſuā ſniaꝫ que ei de diuinis repromiſſionibꝰ videbat̄ exponit. In ſcd̄o vero volumine de reuelatione iohānis diſſerens facit mentionē Nepotis verbis. Et cōmētarios inquit quoſdā ꝓferunt nepotis quibꝰ īnituntur plurimū: ⁊ per quos putant ineffabili quodā ſacro oſtendi qualiter regnū xp̄i futurū ſit ſuper terram. Sed in alijs quidē multis etiā ego amplector ⁊ diligo nepotē vl̄ ꝓ fide ſua: vel ꝓ eruditione ⁊ ſtudio ſcripturarū: ⁊ ꝑcipue ꝓ exercitio pſallēdi: qm̄ quidē plurimi fratrū libenter pro hoc eiꝰ elegere cōſortia. Eſt ergo etiā mihi erga eū multa reuerentia: ⁊ inde magis: qꝛ iam ꝑceſſit ad dn̄m. Sed reuera plus oībꝰ ⁊ amāda ⁊ preferenda eſt veritas: laudare oportet et abſꝗ inuidia amplecti ſi quid recte dictum eſt. Diſcuti vero et diſcerni ſi quid minus ſane ſcriptum eſt. Et

ſi quidē ꝑſens eſſet is de quo ſermo eſt
ſufficeret ſolo ſermone diſcutere q̄ mi=
nus recte dicta videbant̃: dū interroga
tione precedente reſponſio ſubſequēs
in concordiam quod contrariū ⁊ diſcre
pans videbatur, adduceret. Ubi vero ſcri
pta edita ſunt: ⁊ vt videbatur; quibuſdā,
ſatis ſuaſoria: ⁊ vbi doctores ꝓcedunt
qui legem: ⁊ ꝓphetas pro nihilo ducāt
euangelia nō ſequantur apoſtoloꝝ ſcri
pta deſpiciant, Hos autē ſolos libros
atq; iſtā doctrinā velut magnū aliqd
et occultum myſteriū venerent̃ ac ſim=
plices quoq; fratrum noſtrorū doceāt
nihil excelſum nihil magnificum ſentire
de aduētu ⁊ ꝑſentia dei ⁊ ſaluatoris no
ſtri ieſu chriſti neq;. de reſurrectionis
gloria ⁊ noſtre congregationis in idip=
ſum ac ſimilitudinis repromiſſe ſed ꝑ=
ua quedā ⁊ ſemꝑ mortalia ⁊ nō alia q̄
ſunt ea que nunc videmus ſperari ſua
dēt in regno dei. Neceſſarium videt̃ ad
hec oīa reſpondere fratri noſtro nepoti.
Et poſt aliquanta rurſum ſubiūgitur
hoc. Et em̄ cū in arſenoite eſſemus vbi
multo iam tempore voluebatur iſta do
ctrina ita vt ſciſmata; inter fratres ⁊ di
ſcordie fierent conuocaui preſbyteros ⁊
doctores q̇ erant in eccleſijs ⁊ publice
cepi habere tractatū. Simul ⁊ cohorta
tus ſum fratres vt ſi q̇d eos moueret
obijcerent nihil verentes. Tū mihi illi
vt ſcutū validiſſimū ⁊ murū inexpugna
bilem codicem ne potis obijciunt. Su=
ſcepi, patienter. ⁊ tribus continuis die
bus reſidens a prima luce vſq; ad ve=
ſperam cum ipſis ſingula eius ſcripta
cepi diſcutere ⁊ vnūquodq; quid in ſe
abſurdi haberet oſtendere. Et vere ſa=
tis admiratus ſum patientiam ⁊ cōſtā
tiam atq; intelligentiam fratrum quia
conſequenter ⁊ per ordinem de ſingulis
queſtionibus proponebant, validiſſime
his que a nobis reſpondebantur occur
rentes. Poſt hec cum quid eſſet in vero
patuiſſet accommodabant nihilomin9
abſq; contentione conſenſum iudican=
tes hoc ꝙ non continuo. cui ſemel aliud
viſum fuerit omni id ſtudio ſiue contē
tione ſeruandū eſt ſed eſſe rectius tūc
mutare ſententiam cum eam melior et
rectior ſuperauerit. Patefactis ⁊ enim
codicibus ſuis deo audiebant verbū cu
ius probatio non ex humana perſuaſio
ne neq; ex eloquentie fuco ſed ex diui=
narum ſcripturarum aſſertione venie=
bat. Et ita euidens fuit aſſertionis no=
ſtre probatio: vt his qui inter eos maxi
mus doctor ⁊ vite meritꝫ preſtātior ha=
bebatur, Coracion nomine ſurgens in
medio cunctis audientibus, proclama=
ret ⁊ proteſtaretur neminem debere vl
tra eius doctrine facere mentionē. Suf
ficere ꝙ erratum eſt, de cetero non ſolū
nihil horum tenendum vel ſequendum
ſed ne concedendum quidem de tali=
bus. Siquidem tam euidens ⁊ manife
ſta contra hec de ſcripturis diuinis pa
tuiſſet aſſertio. Omnes vero reliqui fra
tres gaudio ⁊ letitia repleti corda, pro
emendatione ſui inexplebiles domino
gratias referebant.

¶ Capitulum. xxiij. apocalipſim q̇s
ſcripſerit a pleriſq; dubitatū eſt. A

Poſt aliquāta ve
roveniēs ad
apocalipſiꝫ Joannis
hec de ea ſcribit. Nō
nulli ex ꝑdeceſſorib9
noſtris penitus libel
lum hunc refutandū
a canone ſcriptura=
rum atq; abijciendum putarunt ſingu=
la queq; eius capitula arguentes. Et
dixerunt pretitulationem libri non eſſe
veram ſed aliene ſcripture Joannis ta
men nomen impoſitum. Unde neq; Jo
hannis hunc eſſe librum nec reuelatio
nem videri poſſe: que craſſo quodaꝫ ve
lamine ignorantie contegat̃. Addide=
runt etiam hec ꝙ nihil dignum in ea
grauitate apoſtolica cenſeatur ſed nec
alicuius quidem eccleſiaſticorum ſal=
tem virorum ſcripturam eſſe dixerunt.
Sed cherintiꝫ quendaꝫ auctorem che
rinthiane hereſeos volentem dogma=
tis ſui fideꝫ apoſtolici nominis opinio
ne firmare libellos a ſe conſcriptos Jo=
hannis ꝑtuliſſe. Deniq; inquiunt che=
rinthi dogmata hec continent in terris

futurum eſſe regnum xpi. Et qm̄ ipſe carnis ꝛ libidinis amiciſſimus dicebat̄ ea in repromiſſionibus futuri regni ſanctis prebenda cenſebat que ſui animi libido dictabat: vētris ꝛ voluptatis opera menſe ꝛ ciborum ſacietatem ꝛ abundantiam poculorum nuptias: et cetera que horum conſequentiam ſeruant. Et reparari rurſum ſperat feſtiuitates et ſacrificia iudaica victimaſq̧ legales. Ego vero quantū ad meam ſententiā ptinet ſpernere aut abijcere ſcripturaꝫ libri huius nullatenus audeo maxime cuꝫ multi ex fratribus ita mecū ſentiāt ſed hec magis deo iudicē ꝙ excedant atq̧ emineāt que in eo ſcripta ſunt hūana auditionis modum et ſit in eo arcanus quidam et reconditus atq̧ admirādus omnibus ſenſus. Quē ꝛ ego amminoꝛ ac veneroꝛ: etiam ſi non intelligo. Et ita ſentio ꝙ diuina aliqua ſacramenta ſermonibus contegantur hūanis nō tam iudicio meo diſcernens ꝙ̄ fide credens. Et ideo non reprobo que non intelligo: ſed tantomagis admiroꝛ quāto minus aſſequoꝛ: poſt hec vero totius libelli differens corpus et ſingula queq̧ diſcutiens atq̧ euidēter oſtendens nullo modo fieri poſſe vt ſecundum literā dignus in eo intellectus appeat. Addit etiam hec dicens. Conſummata igitur omni pꝛophetia beatos dicit pꝛopheta eos qui hec cuſtodiunt. Sed ꝛ ſemetipſum beatuꝫ dixit. Ait enim beatus qui ſeruat verbum pꝛophetie huius libri. Et ego iohānes qui video ꝛ audio hec. Uocari ergo eum iohannem et eſſe hāc ſcripturaꝫ iohannis non nego. Sancti namq̧ alicuius eſt et ſine vlla dubitatione per dei ſpiritum ſcripta etiam ſi non ſit ille apoſtolus filius zebedei iohannes frater iacobi cuius euāgelium ſecundum iohannem ſcriptum eſt ꝛ epiſtola catholica. Utitur dionyſius plurima aſſertione diuinitus quidem inſpiratam reuelationem non eſſe dubitandum et Johannis eſſe. Non tamen ſibi liquido videri ꝙ illius ſit iohannis qui euangelium ſcripſit quia ille nuſq̧ nominis ſui fecerit mentionē ac ſeſe ſignauerit nominatim. Hic autem qui apocalipſim ſcripſit tertio mentionē ferme nominis ſui facit. Sed ꝛ ex ipſo ſcripture ſtilo diſcretioneꝫ faciens dicit potuiſſe fieri in illis tempoꝛibus fuiſſe ꝛ aliuꝫ aliquem Johannem vnum ex ſanctis cui hec reuelauit deus.

A ¶Multa vero ꝛ alia inſtructiōis eccleſiaſtice monimēta nobis in libris di geſta beatus Dionyſius dereliq̇t. Quorum lectio magnopere ab ſtudioſis q̇buſq̧ expetenda ſit Sed iam ad hyſtorie oꝛdinem reuertamur Sixto romane eccleſie per annos.xi.ſacerdotio procuratoꝛ ſuccedit dionyſius ꝛ Demetriano apud anthiochiam defuncto Paulus de Samoſate ſacerdotium ſuſcepit Qui paulus abiecta ſatis ꝛ indigna de chꝛiſto ſentiens traditionem doctrine eccleſiaſtice coꝛrumpebat dicens eum communis nature hominem tm̄ fuiſſe.

¶Capitulum.xxiij. de concilio epiſcopoꝝ apud anthiochiam aduerſus paulum Samoſatenum.

Uncdionyſius de alexandria rogatus venire ad concilium ꝛ ſenectutis impedimento ꝛ incommoditate coꝛpoꝛis inhibetur. Per epiſtolam tamen pꝛeſentem ſe reddidit et quid fidei ac venerationis erga chꝛiſtum teneret expoſuit. Ceteri vero eccleſiarum paſtores diuerſis e locis ꝛ vrbibus velut aduerſum latronem quendam chꝛiſti gregibus inſidiantem conueniunt Antiochiam. Jn quibus inſignes ꝛ ceteris p̄cellentes erant, Firmilianus a ceſarea cappadocie, Gregoꝛiꝰ ꝛ Antonodoꝛus fratres pꝛouīcie ſacerdotes: Helenus Sardēſis eccleſie epiſcopus: ꝛ Nicomas ab iconio. Et hieroſolymoꝝ p̄cipuꝰ ſacerdos hymeneꝰ ꝛ vicine huic vrbi ceſaree teotignus, Sed ꝛ maximꝰ Boſtrenſis ep̄s dignus eoꝝum conſoꝛtio coherebat. Multi vero ꝛ alij quos longū eſt enumerare per ſingulos Sed et pꝛeſbyteri ꝙ̄ plurimi ꝛ diaconi ad ſupꝛadictam vrbem cauſa compeſcendi immodelendi noui huius dogmatis cōuenerunt. Hi ergo omnes ſepiꝰ in vnū

coeuntes paulumqꝫ Samoſatenū ſtatuētes in medio atqꝫ eius hereſim quā ille nunc occultare nunc etiam diſſimulare conabatur frequenti tractatu ⁊ aſſiduis diſputationibus denudantes arguere blaſphemie ⁊ publicare nitebantur. Nec tamen vno id aut ſecundo tm̄ conſilio ad finem perducere potuerunt Sed et conuentum ſepe eſt ⁊ abſqꝫ opere precio diſceſſum.

Capitulum. xxiiij. de quodaꝫ gregorio viro ſancto et eius mirabilibus geſtis.

VErū quoniam beati gregorij hyſtorie textus attulit mentionem digniſſimū puto tanti viri geſta que ſub orientali ⁊ ſeptētrionis axe cunctoꝛuꝫ ſermone celebrantur omiſſa neſcio quo caſu huic narrationi ad memoriam poſteritatis inſerere. Stagnū quoddam erat in ponti regionibus ſitū piſcibus copioſum ex quoꝛum captura prediuites redditus dominis preſtabātur. Iſta poſſeſſio duobus fratribus ſorte hereditatis obuenerat. Sed pecunie cupiditas que pene omniuꝫ coꝛda moꝛtalium ſuperat etiam fraternā neceſſitudinem violauit ⁊ cōueniebatur a fratribus tempoꝛe captionis non tam ad capiendos piſces: ꝗ̄ ad homines decipiendos: cedes ac bella mouebātur humanus ſanguis ꝓ piſcibus fundebat. Sed dei ꝓuidentia affuit aliquādo auxilium aduentuſqꝫ Gregoꝛij. Videt ꝓelia ⁊ moꝛtes viroꝝ furēteſqꝫ germanos ꝗd cauſe exiſteret ꝓ qua in exitium ſui ſuorumqꝫ fratres accenderentur inquirit, nullam niſi capture piſcium comperit. Tum ille cum pꝛo honoꝛe aduentus ſui vtreqꝫ partes paulułum ſiluiſſent nolite inquit o filioli rationabiles animas pꝛo mutis animantibus violare, fraternam pacem queſtus cupiditate diſſoluere, dei leges ⁊ nature pariter iura temerare ⁊ vna mecum ad oram ſtagni exitialis accedite. Ego iam vos per virtutem domini omni certamine cruente contentionis abſoluam. Et cū hec dixiſſet in conſpectu omnium virgam quam tenebat in manu ad primas littoꝛis vndas defigit. Et ipſe poſitis genibus palmas tendit ad celū atqꝫ his vbis excelſo ſupplicat deo. Tu deus patrū noſtroꝝ qui cum tibi pꝛimus hō Adam peccaſſet ⁊ mandatū tuū preteriſſet penā culpe illius moderatus ad terram maledictionis ſniam detoꝛſiſti dicēs maledicta terra in operibus tuis ⁊ nunc ergo miſeratus hoꝛū iuuenū fraternū ſanguinem qui periclitantur precipue vt maledicte ſint aque iſte in operibus iſtoꝛum pꝛo quibus furoꝛe ſuccenſi fraterne pietatis obliti ſunt ita vt nunquam in hoc loco vel piſcis appareat vel aqua reſideat. Sed ſit campus aratri patiens ac frugum ferax: et cuſtos inęternuꝫ fraterne concoꝛdie perſeueret. Simul vt ille oꝛandi finem fecit ſtatim ſe vnda ſubducens ꝗ curſu velocioꝛe fugiens a conſpectu ſuperno iuſſa diſcedere abyſſis ſuis reddit ⁊ arantem campū germanis iam cōcoꝛdibus dereliquit. Sed ⁊ in hodiernum fruguꝫ ferax eſſe dicitur ſolum qđ ante fuerat nauium ferax. Memoratur etiaꝫ aliud illuſtrius ab eo ⁊ diuinitus geſtum. In quodam loco ruris anguſti: cum res popoſceret eccleſiam conſtrui rupes quedam vicini montis ex parte oꝛientis obiecta: ex alia vero preterfluens fluuius ſpaciū quantum eccleſie ſufficeret denegabat. Et cum alius omnino non eſſet locus omneſqꝫ meſticiaꝫ agerēt ꝙ ſolū ad ꝯſtruēdaꝫ eccleſiam nō haberent: ille fide plenus pernoctaſſe in oꝛatione dicit ⁊ dominum Ieſum ꝓmiſſionis ſue admonuiſſe fideliter qua dixit ſi habueritis fidē ſicut granū ſinapis dicetis monti huic tolle te ⁊ mitte te in mare ⁊ fiet vobis. Cunqꝫ hec fide plena ac deuotiōe depoſceret ad lucē coeuntibus populis inuenta eſt rupis impoꝛtuna receſſiſſe tātum quantū ſpacij ad condendam querebatur eccleſia.

TRadunt eiꝰ et
alia ꝗ̄plurima. Sed
ne in logū videamur
trahere ſermonē īter
miſſis ceteris vnū ad
huc ḋ eiꝰ geſtꝫ adiciā.
Iſter eiꝰ fuiſſe quon
dā ꝑ alpes ḋꝛ hyemis tēpoꝛe. Et cū ꝑue
niſſet ad ſummū alpium iugū niuibus
repleta erāt oīa nullum vſqꝫ diuerſoꝛiū.
Fanum ibi tantum apollinis erat. Cui
ſuccedens tranſacta nocte diſceſſit Sa
cerdos vero erat quidam Fani eius
cui conſulere ſimulachꝛum Apollinis
mos erat ⁊ reddere reſponſa poſcētibꝰ
ex quo ei etiam alimonie queſtus eſſe
videbatur. Igitur poſt digreſſum Gre-
goꝛij offerre cōſulta ⁊ reſponſa poſcere
ſacerdos acceſſit ex moꝛe, nihil inde re-
ſponſum veniebat. Repetit victimas, ſi
lentium permanet. Iterū atqꝫ iterum
litatur, ſurdis ingerit fabulam. Cumqꝫ
ſtupoꝛe noui ſilentij eſtuaret ſacerdos
noctu ei aſſiſtens demoniū dicit in ſom
nis. Quid me illic inuocas quo iam ve-
nire non poſſum. Percontanti cauſaꝫ
aduentu ſe Gregoꝛij dicebat expulſum
Quid nunc remedij daretur cum ꝑqui-
reret ait. Nō aliter ſibi licere ingredi lo
cum niſi Gregoꝛius permiſiſſet. Quibꝰ
auditis: ſacerdos occupat viam: multa
apud ſemetipſum voluens atqꝫ animo
recurſante pertractās peruenit ad Gre
goꝛium adoꝛtuſqꝫ eum rem pandit ex
oꝛdine, humanitatis ſue atqꝫ hoſpitali
tatis admonet, querelam depulſi numi
nis pꝛomit, adeptam facultatē ſui que-
ſtus deploꝛat, ac reddi ſibi oīa in pꝛiſti-
num ſtatum depoſcit. At ille nihil mo-
ratus ſcribit epiſtolā in hec verba. Gre
goꝛius apollini. Permitto tibi redire
ad locum tuum ⁊ agere que conſueuiſti.
Hanc epiſtolam ſacerdos accipit ⁊ ad
fanum defert. Poſitaqꝫ ea iuxta ſimu-
lachꝛum affuit demon ⁊ dedit reſpon-
ſa poſcenti. Tum ille in ſemetipſum cō
uerſus ait. Si gregoꝛius iuſſit ⁊ deus
iſte diſceſſit nec potuit redire niſi iuſſꝰ ⁊
rurſus iubente gregoꝛio reſtitutus eſt
quomodo nō multo melioꝛ iſto grego-
rius cuius hic obtemperat iuſſis. Claſ
ſis igitur iaꝫ nuis fani deſcendit ad gre
goꝛium epiſtolam ſecum quam acce-
perat referens omnemqꝫ apud eum rei
geſte oꝛdinem pandens. Simulqꝫ ſe ad
pedes eius pꝛoſternens rogat vt illi ſe
deo offerat cuius virtute dijs gentium
gregoꝛius imperabat. Cumqꝫ enixius
⁊ pertinacius inſiſteret cathecuminus
ab eo factus eſt. Et cū ſe vite caſtiſſime
et abſtinentiſſime derelictis omnibus
non ſolum erroꝛibus demonum ſed et
ſeculi actibus mancipaſſet: etiam ba-
ptiſma conſecutus eſt. Et intantum vi
te merito ac fidei virtute pꝛofecit, vt ip
ſe beato gregoꝛio in epiſcopatu ſucceſ
ſoꝛ extiterit. Sed in ingenij ſui nobis
in paruo maxima monimenta dereli-
quit. In eccleſiaſtem namqꝫ metafra-
ſim idem gregoꝛius magnificentiſſime
ſcripſit Et catholice fidei expoſitioneꝫ
bꝛeuiter editam dereliquit: quam pꝛo
edificatione eccleſiarum ſociare his cō
modum duxi. Gregoꝛij martyꝛis et epi
ſcopi neoceſarie fides Unus deus pa-
ter verbi viuentis ſapientie ſubſiſten-
tis: et virtutis ſue et figure. perfectus
Perfecti genitoꝛ, pater filij vnigeniti.
Unus deus ſolus ex ſolo deo: figura et
ymago deitatis. verbum perpetrans
ſapientia comprehendens omnia ⁊ vir
tus qua tota creatura fieri potuit. Filiꝰ
verꝰ veri et inuiſibilis ex inuiſibili ⁊ in-
coꝛruptibilis ex icoꝛruptibili et inimoꝛ
talis ex immoꝛtali ⁊ ſempiternꝰ ex ſem
piterno. Unus ſpiritusſanctus ex deo
ſubſtantiam habens: et qui per filium
apparuit ymago filij perfecti. Perfe-
cta viuentium cauſa: ſanctitas ſancti
ficationis pꝛeſtatrix. Per quem deus
ſuper omnia et in omnibus cognoſci-
tur ⁊ filius per omnes. Trinitas perfe
cta maieſtate et ſempiternitate et re-
gno minime diuiditur neqꝫ abaliena-
tur neqꝫ factum quid aut ſeruiens in tri
nitate neqꝫ ſuperinductum tanqꝫ ante
hac quidem non ſubſiſtens poſtea ve-
ro ſuperingreſſum. Neqꝫ itaqꝫ defuit
vnqꝫ filius patri neqꝫ filio ſpiritusſan-
ctꝰ. ſꝫ incōuertibilis ⁊ imutabilis eadē
trinitas ſꝑ. Sed de gregoꝛio ſatꝫ dctū

eſt nunc ad hyſtoriam redeamus.

¶ Cap̄.xxv. de paulo ſamoſateno here
tico eius intollerabili ſuperbia eius ex
communicatione ab epiſcopatu depoſi
tione et electione.

Interea dyoniſius

apud alexandriā quieuit in pace duo-
decimo anno imperij galieni decē et ſe
ptem annis functus ſacerdotio. Suc-
cedit vero ei maximꝰ. Igitur Galienus
cum ꝑ annos .xv. Romanū gubernaſſet
imperiū. Claudio regni ſucceſſore defū
ctus eſt. Qui duobus ſolis annis in im
perio tranſactis, aureliano rerū apicez
dereliquit. Huius tp̄ibus vltimuz apō
antiochiā ep̄orum conciliū congregat̄.
In quo Paulus arguitur manifeſteq̄
conuincitur hereticus: ⁊ damnatur ab
omnibus que ſub celo ſunt eccleſijs xp̄i
inſiſtente plurimū ⁊ diſceptationibꝰ va
lidiſſimis perurgēte Alchione preſby-
tero antiochene eccleſie viro fideliſſi-
mo ⁊ omnibꝰ virtutibus adornato: cui
accedebat etiam hoc ꝙ erat diſertiſſi-
mus et potens in verbo atq̄ in omī eru
ditione perfectus. Deniq̄ oratoriaz in
eadem ipſa vrbe docuerat. Huic igi-
tur ab omni epiſcoporum concilio per
mittitur diſputatio cum paulo excipiē
tibꝰ notarijs que ita magnifice ab eo ⁊
accurate habita eſt: vt ſcripta ederētur
et nunc quoq̄ in ammiratione ſit om-
nibus. Solus etem̄ potuit diſſimulan-
tem ⁊ occultantem ſe paulum confeſſio
nibus proprijs publicare. Quibus ita
geſtis communi conſilio vniuerſi pari-
ter ſacerdotes ſcribunt epiſtolam ad ꝑ
ſonam dioniſij epiſcopi vrbis Rome et
maximi alexandrie epiſcopi que ꝑ om-
nes mitteretur eccleſias per quam cū-
ctis ⁊ ſuam diligentiam comprobarent
et pauli hereſim confutatam eſſe atq̄
deiectam in vniuerſorum noticiam per
uulgarēt. Simul etiam que cum eo que
ſtiones habite ſint indicant. Sed ⁊ vitā
ipſius intemperatam pariter moreſq̄
deſcribunt. Ex quibus pauca aliqua in
ſerere huic operi noſtro dignum iudi-
cauimꝰ. Dyoniſio ⁊ maximo: ⁊ omnibꝰ
qui per vniuerſum orbem ſunt ſacerdo
tibus et coepiſcopis cum vna preſbyte
ris ⁊ dyaconibus atq̄ omni eccleſie ca
tholice que ſub celo eſt Helenus: et Hy-
meneus. Theophilus theotignus ma
ximus, proculus nicomas helianꝰ pau-
lus bolaſus protegenes lerax euticius
theodorus malcion lucius preſbyteri:
⁊ ceteri omnes qui nobiſcum congrega
ti ſunt ex vicinis vrbibus: et gentibus
epiſcopi et preſbyteri ⁊ diaconi dilectiſ
ſimis fratribus in domino ſalutem. Et
poſt pauca addiderunt mittentes hāc
epiſtolam. Deprecamur omnes vt ſi q̄
forte tali doctrina infecti ſunt curātur
a vobis ſicut et beate memorie vir dio-
nyſius Alexandrinus ⁊ firmilianus ex
Capodocia iaz prius ſcripſerant ad an
tiochie plebem dedignantes imnio po
tius declinantes ad perſonam ipſiꝰ ſcri
bere qui erat auctor erroris. Ipſe autē
beate memorie firmilianus cuz adhuc
ſupereſſet Secūdo affuit ⁊ preſens euz
arguit ac notauit: ſicut omnes nouimꝰ
et teſtamur qui ſimul cum illo venera-
mus. Sed repromittente eo corrigere
errorem credidit, ſperans poſſe fieri vt
abſq̄ religionis noſtre opprobrio ⁊ diſ
ſenſionum nota res veniret in melius.
Et ideo diſſimulauerat cum tamē pau
lus dolo differret: ⁊ hominem quidem
falleret, deum autem negaret, ac fidem
in qua renatus fuerat violaret. Deniq̄
et nūc beatus firmilianus veniebat an
tiochiam: ⁊ cū tarſum vſq̄ perueniſſet ⁊
nos omnes antiochie poſiti aduentuz
illius operiremur: nunciatus eſt nobis
exceſſiſſe de mundo.

B ¶ Poſt aliquanta vero deſcribētes
eiꝰ vitaz moreſq̄ adijciunt ēt hec. Po-
ſtea vero ꝙ a doctrīe regula ac aliena
ſe dogmata ⁊ adulterina conuertit: non
opus eſt enumerare actꝰ eius priores:
quomodo cum prius egēs fuerit: ⁊ pau
perrimus: neq̄ ex parentum ſucceſſiōe
neq̄ vllam queſtus occaſionem habue
rit honeſtaz nunc ad ſummas diuitias
peruenerit: non aliunde niſi ex ſacrile-
gijs. Et ex his que per fraudē diripuit
concutiens fratres vendens patrocinia
et fidem negociorum ſuſceptorum neq̄

accepta mercede cuſtodiens.exiſtimãs
ſecundum quod ſcriptum eſt queſtum
eſſe pietatem. Superbiam vero eius
quis ferre poſſet.cum ſe magis ducena
rium quam epiſcopũ videri vellet. Nã
et incedens per plateam tali quadam
ambitione vtebatur:publice epiſtolas
relegens atq; in auditu omnium ⁊ ocu
lis dictans aſſiſtentibus ſibi in platea
notariis. Directio quoq; pretereuntium
et conſtipatio inſequentium quamplu
rima querebatur:ita vt omnes qui vi=
debant horreſcerent ⁊ deteſtarent per
illius arrogantiam religionem diuinã.
Hec in publico. Intra eccleſiam vero
tribunal ſibi multo altius ꝙ fuerat ex
trui:⁊ thronum in excelſioribus colloca
ri iubet. Secretarium quoq; ſterni ⁊ pa
rari ſicut iudicibus ſeculi ſolet. Verbũ
vero faciens ad plebem iactare ſupra
modum dexteram ac palmam femori
illidere:pede quoq; ſubſaltare ac ferire
ſcabellum cum ſonitu. Ab auditoribus
vero non fauorem neq; plauſum ſpera
PRimꝰ nobis i i memorijs pioꝝ fulgēs in regno xp̄i martyꝝ ſcribatur antimꝰ nicomedie ep̄s capite ceſus. Poſt hũc vita ⁊ ſtudijs ſp martyr lucianus pbr̄ antiochenus: ſed tũc apud nicomediam xp̄i regnũ ꝟbis geſtiſq̨ p̄dicans apud tyrum vero nobiliſſimus in martyribus ⁊ a prima etate in xp̄i inſtitutionibus enutritus Tyrannio eiuſdē vrbis ep̄s zenobius a ſidonia pbr̄: ⁊ Siluanus Emeſſenoꝝ eccleſie ep̄s q̇ in ſua ciuitate beſtiaꝝ morſibus aſſumptus martyrũ ſociatus eſt choris. In paleſtina ꝟo primus Siluanus ep̄s apud Gazam cum pleriſq̨ clericoꝝ in metallo aũt Famenſi quadraginta ſimul capite ceſi. Peleus ꝟo ⁊ Nilus ep̄i cum plurimis clericis igni conſumpti. In eorum numero habebatur etiā Ceſarieñſis eccleſie flos nobiliſſimꝰ ⁊ fructus doni celeſtis pamphilus. Apō alexandriam vero ꝑ omnem egyptum vel thebaidam: primus velut lucifer q̇dam inter aſtra ꝯſurgens, Petrus eiuſdem vrbis ep̄s doctrina moribus ⁊ vita precipuus: ⁊ cũ eo pbr̄ fauſtus ⁊ dius ⁊ ammonius nec merito nec inſtitutionibꝰ nec martyrio diſpares. Fileas q̇z eſychius: ⁊ Pachomius ⁊ theodorꝰ ep̄i in vrbibus egypti: ceteriq̨ cũ ipſis innumerabiles nobiliſſima ꝑtulerunt martyria. Quoꝝ ꝑ ſingula agones deſcribere ne nos opus noſtrũ iuſto lōgius dilatemus: ſuis ciuibꝰ q̇ ad dicēdũ ꝓbe pollent, ⁊ preſentes tũc aderāt derelinquo.

¶ Capitulum .xv. q̄ diocletianus cum collega ſuo depoſita ſponte regni purpura priuatus ⁊ plebeius viuit.

INterea perturbari ſtatũ nr̄m ⁊ crudeli vbiq̨ animaduerſione vaſtari eternũ ꝑuigileq̨ illum nō latuit oculũ. Et qm̄ dn̄s q̇dē tradiderat familiā ſuā caſtigari paucis cruēti ꝟo immanitatis miſtri deſeuierũt i multis. Adeſt cōtinuo vltrix dei dextera: et illos qui prio dũ pacē ſeruarēt eccl̄ie cũ oi ꝓſperitate imperiũ gubernauerant: in tātā rerũ ꝑmutationē deducit: vt auguſtus ipe id in vanitatis atq̨ amētie ꝑueniret: quo depoſitis cũ collega pariter auguſto regni inſignibꝰ: ꝑuati ⁊ plebeij poſt imperiũ viuerent. Ille ꝟo q ei ſcōs in honore poſtmodũ etiā in ꝑnis ſucceſſor fuit. qui ⁊ inſentor ac ſignifer noſtre ꝑſecutiōis extiterat: tā multis variiſq̨ morbis ⁊ corꝑis tabe atq̨ inſania mētis afficeretur vt poſt lōgos atq̨ inextricabiles lāguores: ſcelerũ ſuoꝝ furijs agitatꝰ ſpōte vitā nefariā ꝑderet.

¶ Capitulũ .xvj. de ſanctis conſtantini initijs maximiani a filio pulſi fuga: ⁊ de maxēcij tyranni impuriſſimis: ⁊ execrādiſſimis moribus.

SEd hec poſtmodũ. Tũc ꝟo i occidētuis partibus: q̄ maximianus (qui ⁊ herculius) depoſuerat: Cōſtātiꝰ regebat imperiũ. In duas nāq̨ ꝓcuratōes Romanũ regnũ fuerat diuiſuz. ſz is mlᵗa clemētia erga hoies erga deũ ꝟo religione maxima vtebaᵗ. Neq̨ ꝟo ex ꝯſortij rabie regnũ ſuũ piorũ ſanguie maculauerat: neq̨ orōnũ domos ⁊ ꝯuenticula nr̄oꝝ imitatꝰ Maximiani veſaniā hoſtili vaſtatiōe deſtruxerat. Qnin potiꝰ cultores dei veneratiōi habuitᵗ ⁊ honori. Uñ ⁊ merito religioſus pr̄: religioſiorē filiũ Cōſtātinuz regni bñ ꝑti reliqͭ heredē. At ꝟo ꝯſtantinꝰ poſt cōſtātiũ ſtati vt romani regni apicē ex paterna hr̄ditate ſuſcepit: mira quadā dei gratia ciuibus carus: exercitui acceptꝰ viris fortibꝰ imitādꝰ: facinoroſis ꝟo ⁊ ignauis terribilis fuit. In obſeruātia quoq̨ religiōis lōge etiā prēz vincere ſtuduit. Sz ⁊ Licinius cōi olim ſnia accitus in imperiũ: auguſtꝰ ꝓnunciatur. Que res Maximinũ vehemēter offenderatq̨ is tunc adhuc ſolũmō ce-

tur in orientis partib⁹ habebat. Nec id vltra ferens vi raptū, ſibimet auguſti nomē aſſumit. Maximian⁹ vo (qui ꝛ herculius quē pauloante collegā fuiſſe Dyocleciani ꝛ cū eo imperij iſignia depoſuiſſe memorauim⁹) cū a filio Maxētio in vrbe roma tyrānidē tenēte: fuiſſet expulſus: ad ɔſtantinū tanꝗ̄ ad generū miſerationis cauſa ɔfugiens: ꝛ inſidias ipſi a quo religioſe ſuſcept⁹ fuerat molitur. In quib⁹ turpiter dep̄hēſus turpi⁹ periit: ita vt poſt interitū ſtatue eius atq̄ imagines auferrent: ꝛ in edibus publicis vocabula ei⁹ nois mutarent.

¶ Huius igit filius maxentius q̄ in vrbe roma tyrannidē ceperat p̄rio velut imitāde erga ſe plebis grā fidei noſtre veneratorē ſe eſſe ſimulabat. Et ob hoc ꝑſecutiōes rep̄mi oēſq̄ iniurias a xp̄ianis arceri iubet. Sed nihil in religionis actib⁹ ſuis nihil in vita vel moribus qd xp̄ianis p̄mium videret oſtēdit. In tāta etenī flagitiorū ꝛ ſcelerum fece in tanto ſpurcitatis ceno verſabat: vt nihil prorſus facinorum poſſimorū ab ei⁹ non dicā vita ſed vnius ſaltē diei actibus eſſet alienum. Deniq̄ ſenatorum ꝛ maxime nobilium matronas publice abſtrahi: atq̄ ad ſuam libidinem deduci impabat. Et poſt ɔtaminationē viris ſuis reddi iubebat: nō tā expleta adulterij libidine q̄ mutata. Tantus vo met⁹ p̄ſes plebēq̄ oppſſerat: vt ne hoc q̄s quidē q̄ metuerent palā oſtēdere auderēt: ſed ferebāt inſuetā ſeruitutē gemētes: ꝛ aliqd pro libertate cogitare metu inhibebant: cū ille nō iā ira: ſꝫ libidine cedis agitaret. Deniq̄ quadā die ſp̄erat militib⁹ ſuis exire p plateas totius vrbis: ꝛ oēſq̄ occurriſſent cuiuſcūq̄ etatis ꝛ cuiuſlibet ſexus gladijs cederent. Innumereq̄ multitudines populi rōmani nō hoſtiū ſꝫ ciuiū telis deiecte ſunt. Sēatores vo ꝛ ij marie q̄ vel honorib⁹ vel opib⁹ clariores in curia videbant: ɔfictis criminibus tanꝗ̄ rei puniti p̄ſcriptiq̄ ſunt. Addit vo etiā hoc faſtigiū ſcelerib⁹ ſuis. Artis magice induſtriā ſummis ſtudijs excolit: atq̄ miſteria explēda perquirebant mulieres nobiles grauide: ꝛ adhibite funeſtis artis medic ſcindebant rapiebant ꝛ puuli infantes eorūq̄ extra viſcerib⁹ reuulſa ꝑſcrutabant. Iugulabant ꝛ leōes ꝛ nefandis q̄buſdā ɔmētis ac p̄cantationib⁹: demoniaca arte ɔpoſitis bella p hec dicebant arceri: ꝛ credebat ius faſq̄ regni p nefas poſſe ſeruari. His vo malis oibus ēt illud addit q̄ oēs qui p ceteras vrbes vel agros fuerant tyrānica crudelitate ɔterriti: dū nihil ſibi ad vitā tutū putāt ꝛ relictis agris p loca abdita latebras eunt: omni ſtudio arādi ſcrēdiq̄ ceſſante: tāta fames vrbē atq̄ oēs loca iuaſerat vt nihil reliq̄ ad vite ſubſidium fieret.

Cap. xvij. de perſecutione Maximini cuius etiā ſcleratiſſimi mores referuntur.

In orientis vero atq̄ egypti ptibus Maximin⁹ ſibi p oia crudelitate ꝛ veſania tyrannidē gerebat: ita vt alter alterū vt pote in tyrānide ſoci⁹ etiā in ſcelerib⁹ videret imitari: ꝛ neſcires cui potiſſimū dare flagitiorū palmam deberes. Eo ſane maximinus p̄ter ſociū ſceleris videbatur: q̄ etiam publicos honores ꝛ maximos magiſtris magorum ꝛ malarū artiū doctorib⁹ decernebat. Simulacrorū quoq̄ cultui ſatis ſuꝑſtitioſe deditus erat ita vt ne ad puuꝫ quidē motū: ſine augurijs ꝛ diuinationibus ꝛ ſymbolis acquieſceret. Vñ vehementior aduerſum nos ꝛ grauior p̄ioribus perſecutor fuit. Vetera qꝫ delubra ꝛ olim etiam a ſtudioſis cultorib⁹ derelicta renouari oia iubet: ſacerdoteſq̄ his ꝛ pontifices p ſinglas p̄uincias nobiles quoſq̄ ꝛ alijs iam honorib⁹ functos: miniſtris militarib⁹ ꝛ ſalarijs additis decernit. Nec mirum quin ꝛ manifeſtos maleficos vel rectores p̄uinciarū vel duces militum p̄moueret: ſꝫ ad hoc huiuſcemodi vanitatis miniſteriū quāplurime copie auri argentiq̄ ɔrebant. Ex quo accidit: vt oēs vbiq̄ p̄uincie diuerſis modis ꝛ occaſionib⁹ nudarent: cōgregando cenſus tributa multiplicando locupletiores quoq̄ exq̄ſitis

aut etiam confictis iniurijs condennā-
do. Alios vero etiam p̱ſcribendo: oīs
pariter bonis paternis auitiſq̱ fami-
lijs euoluebat. Unde ⁊ montes auri: vt
ita dixerim congregatos: familiaribus
ſuis ac ſatellitibus largiebatur. In con
uiuijs vero tam profuſus erat tanꝗ̃ te
mulentus: vt inſanus ⁊ mente capt⁹ viꝫ
furore putaretur: ⁊ ea ebrius fieri iube
ret: que die poſtera ſe iuſſiſſe neſciret.
Delitijs luxu atq̱ omni diſſolutionum
gñe fluitans turpiſſima ſuis militibus
prebebat exempla. Deniq̱ quicquid la
ſciue quicquid petulanter: ꝗcquid luxu
rioſe geſtum a rectoribus vel militum
prouinciarum fuiſſet: multum cedebat
ob imperatoris exēplum. Cui inter ce-
tera etiā hoc ſingulare ſtudium erat ne
vllam non dico vrbeꝫ: ſed vel breue opi
dum abſq̱ adulterio nobilium matro-
narum que per loca fuiſſent reperte: vel
corruptione virginum preteriret.
B ¶ Talis hic tantuſq̱ vir: qui pudi-
citie honeſtatis: iuſticie ac totius equi-
tatis hoſtis publicus erat quid ni etiā
xp̄ianorum hoſtis ⁊ p̱ſecutor exiſteret.
Aduerſum xp̄ianos tantum crudelita-
tis exercuit: vt preceſſores ſuos vincere
feſtinaret in ſcelere. Igneas laminas.
truces beſtias: maris profundum ob-
truncationes membrorum: effoſſiones
oculoruꝫ: ⁊ ſingulis membris ſpecialia
inferre ſupplicia geſtiebat. Cum tamē
magis illi conſtantes et fortes inueniā
tur tollerando ꝗ̃ iſte ingenioſus ⁊ calli
dus in exquirendo. Uincebātur eteni
ſepius non ſolum a viris: ſed etiam a fe
minis q̄ verbo dei ⁊ fidei calore ſuccēſe
vt femine ꝗdem ꝯprehendebant: ſed vt
viri fortes in certamie coronabāt: mor-
tem quippe prōpti⁹ ſubire. imo ꝟo ⁊ vl
tro expetere ꝗ̃ corporis maculā recipe
malebāt. Ueꝝ cū duab⁹ ꝗuiſſimis dñis
libidine ⁊ crudelitate p̄ceps ageret fuit
apd̄ alexādriā Dorothea ꝗdā ſatis no
bili orta familia: ingētib⁹ diuitijs ⁊ p-
piquis nobilib⁹ pollēs. Sꝫ in ea igenij
atq̱ induſtrie bonū: certaꝝq̱ honeſtaꝝ
artiū ſtudia magis ꝗ̃ hec vigebāt. For
me ꝟo ⁊ decoris glīa tāta ei fuit vt miꝝ
ac ſpeciale in ea dei figmētuꝫ crederet.
Sed illa q̄ religione aī: ⁊ honeſtate vite
pulchrior: ꝗ̃ vultu corpis eſſe ſtuderet
equiſſimo mentis iudicio qđ pulchruꝫ
et decoꝝ inter hoīes videbat: id poti⁹
deo ꝯſecrare ꝗ̃ vſui humano ſtatuit in
dulgere: ⁊ virgo deo ſacrata p̱ſiſtere.
At ille q̄ diuina atq̱ hūana: libidine ſil
⁊ crudelitate fedaret: cognitio ſoli⁹ for-
me nō etiā ingenij ac p̱poſiti bono: ad
temerandam virginē: ac pollueđaꝫ ei⁹
caſtitatem aīm intendit. Cōperto vero
qđ xp̄iana eſſet: q̄ ſcđm ſua edicta pene
magis quam libidini ſubijcienda vide
retur: in ambiguo poſitus eſtuare cepit
et in quam ſe partē verteret ignorare.
Sed vbi dubios aīos libido que ei lat⁹
dñabatur obtinuit expectantē virginē
p̱ martyrio ad ſupplicium rapi, per oc-
cultos nuncios de ſtupro interpellauit
illaq̱ nefas ſibi eſſe rñdit, tēplū corpis
ſui qđ ſemel deo ꝯſecrauerat: idolorum
cultu aut libidinis cōtagione polluere:
p̱inde ſe ꝗdem ad mortē paratam eſſe.
A crudeli vero tyranno nō detere blan
dum aliꝗd aut molle p̱ferri nec eſſe di-
gnum reſolui erga ſe truces aīos: quos
ꝗtidie vndatim xp̄ianoꝝ p̱fuſus cruor
duraret. Adꝗ rñſa: cū ille libidine accen
ſus acri⁹ incaleſceret: ⁊ niſi verbis acꝗe
uiſſet: vi agere decerneret: oībus virgo
pudiciſſima facultatib⁹ ſuis domoq̱ et
familia derelicta: noctu clā cū paucis fi
diſſimis famulis: ⁊ cū amiciſſima ſibi co
mite caſtitate diſcedit: atq̱ illuſuꝫ tyrā
num vanū amētēq̱ dereliqt. Sꝫ ⁊ alias
plīmas nobiles mulieres ſil ac ꝟgines
exēplo illi⁹ adort⁹: ſꝫ exēplo nichilomi-
nus illi⁹ paratiores ad mortē ꝗ̃ ad tur
pitutem libidinis nactus, crudelibus ſup
plicijs affici iubet. Que mlto prōpti⁹ ⁊
leti⁹ ꝗ̃ ceteri oēs mortē ſubibant: eo ꝙ
duplices ſibi coronas a dño p̄parādas
non ſolum p̱ pietate: verū etiā p̱ caſti-
tate credebāt. Sed in his relationibus
poſit⁹ ſilere equū non puto: etiam nobi
liſſime femie in vrbe roma mirabile fa
ctum Sophronie. Cuius vir p̄fectus
vrbis rome: ſub maxentio tyranno age
bat. Quicum de ſupradicte femine pul
chritudie cognouiſſet: ⁊ vt ei mos erat
miſſis ſtupri miſtris deduci ad ſe femi-

nam iuberet: illa rem ad maritū detuliſ. Qui cum cōperuiſſet: multa ſecū voluens ad vltimū altius ingemiſcens, Et quid inquit faciemus quibus aut hec tolleranda ſunt aut anima ponēda? Tū illa vt maritum vidit metu mortis perterritum prodidiſſe pudicitiam ſuam paululum ait ijs q̄ miſſi fuerant expectate donec compoſita vt decet ⁊ adornata procedam. De hinc ingreſſa cubiculum cum prius defixis genib⁹ oraſſȝ tanq̄ȝ pudicitiam ſuam deo immolatura: pectus ac viſcera correpto mucrōe tranſuerberat. Extremos huiuſmodi nuncios ad tyrannum ꝑ aſſiſtentes famulas mittens: tales ait magis placeant xp̄iane femine tyranno. Hoc modo in oriente ſimul atq̄ȝ occidēte: velut vno demonis ſpiritu armati ⁊ paribus eiſdem vicijs accenſi deſeruiebant tyrāni: cum tamen per hec xp̄ianorum virtus animi et conſtantia fidei: probatior et magnificentior redderetur.

¶ Capm̄. xxviij. de vltione diuina, maximiȝ eiuſq̄ȝ in medicos crudelitate atq̄ȝ eiuſdem ad xp̄ianos indulgentia.

SEd cuȝ per decē continuos āños ſeuientis ꝑtib⁹ ſuis etiā Maximini principis erga xp̄ianos fuiſſet graſſata crudelitas et innumera hoim milia deum verꝝ colentium neci dediſſet: cumq̄ȝ vires crudelitatis ac libidinis ſue indeſinenter ſuggeret temulētia: ⁊ neq̄ȝ ꝯſilium neq̄ȝ ſatietas finē vllū aut modū imponeret: adeſt cultorib⁹ ſuis diuina ꝓuidētia. Et q̄s ꝑ ignē ꝓbauerat: eduxit rurſ⁹ ad refrigeriū: ipȝ nāq̄ȝ auctorē ſceleris: vltio diuina corripit. Et ille q̄ letis ac ſaginatiſ carnib⁹ incedebat ſupb⁹: inflatis ſubito viſcerib⁹ ſoporatiſq̄ȝ diſtēdit̄. In ꝓfundiorib⁹ de hinc pectoris ꝑtib⁹ obortuȝ vulnus totos intrinſec⁹ viſcerꝝ receſſuſ tabo ſerpente depaſcit̄. Poſt ēt fiſtulis q̄buſdā in ſupficie puerulētis meatib⁹ adaptis de iteriorib⁹ putrefacit vulneris venis ebulire vndati cepit innūera vermium multitudo. Fetor ꝟo tā itollerabilis erat vt null⁹ oīno ne medicorꝝ q̄deȝ ꝓpi⁹ poſſet accedere q̄ carnes ſatiſ late et in oī luxuria nutrite grauiorē ex corruptione nidoreȝ putredinis exalſabant. Deniq̄ȝ pleroſq̄ȝ medicorꝝ q̄ nec morbo aliq̄d mederi: nec vim fetoris tollerare poſſent interfici iubet. In q̄bus cū q̄dā iugulādus potiuſq̄ȝ medicatur⁹ aſſiſteret: inſpirat⁹ a deo: cur inq̄t imperator erras: ⁊ q̄d deus infert ab hoib⁹ putas poſſe reuocari. Nec human⁹ ē iſte morbus: nec a medicis curat̄. Sȝ recordare quātas in ſeruos dei egeris: quāq̄ȝ i religionē diuinā impi⁹ ⁊ ꝓfan⁹ extiteris: et intelliges vn̄ tibi ſint poſcēda remedia. Nā et ego q̄deȝ mori cū ceteris potero tu tn̄ a medicis nō curaberis. Tūc primū ſe Maximinus hoiem eſſe intellexit: et ſcelerꝝ ſuorꝝ immanitateȝ recordatus: p̄rio oim erraſſe ſe ⁊ impie egiſſe profitet̄: ⁊ velut ſatiſfacere incipit deo. tū deinde cōuocatis ijs q̄ in officio publico ſibi parebant: legem ſcribi ⁊ cōfeſtim emitti iubet: Qua non ſolū a xp̄ianis deſiſtat perſecutio: et arceatur oīs iniuria. verꝝ ⁊ reedificari eorꝝ ꝑmitterētur eccleſie vt ſolitis cultibus ⁊ obſecrationibus vacantes: etiam ꝓ ipſi⁹ ſalute excelſo ſupplicēt deo. Quibus dicto citius ꝓcuratis continuo ꝑ ſingulas q̄ſq̄ȝ vrbes edicta mittunt̄: continentia hūc modum. Imꝑator Ceſar. Galerius: maximin⁹. Inuict⁹ auguſt⁹ pontifex maximus. Germanic⁹ egyptiac⁹. Thebaic⁹ Sarmatic⁹ q̄nquies. Perſicus: bis Carpicus. Sexies armenic⁹ medorꝝ ⁊ adiabenorꝝ victor: tribunitie poteſtatiſ vicieſ imperator: decēnouies cōſul: octies pr̄ pr̄ie ꝓcōſul. Et imꝑator ceſar. Flauiuſ Ualerius ꝯſtantin⁹ Pius Felix inuict⁹ Auguſtus pontifex maximus: tribūitie poteſtatis imperator: q̄nquies ꝯſul pr̄ patrie: ꝓconſul. Inter cetera que ꝓ vtilitate rei publice diſponimus: nos quidem primo volueramus ſcd̄m antiquas leges et publicā Romane obſeruantie diſciplinā cuncta moderari: iter q̄ etiam hoc addere vt xp̄iani qui paternam religionē reliq̄rant ad eaȝ rurſum reuerterent̄. Uerū q̄m iudicio quodam al ſui tanta eos obſtinatio rei hui⁹ ha-

buit vt nullomō redire vellent ad rituꝫ religionis antique:q̄ a moꝛibus fuerat inſtituta:ſed eo magis ꝑ volūtate ſua vnuſq̄ſq; legem ſibiipſi ꝯſtituit:et in locis diuerſis plebs diuerſa ꝯcurrit. Cumq; ꝑ his a nobis ꝓpoſituꝫ fuiſſꝫ edictū vt ad p̄rias leges redirent et antiq̄tus cōſtitutas:plurimi eoꝝ ꝑiculis ſe potius ſubiicere:morteſq; inumerabiles tollerare: q̄ꝫ obedire p̄ceptis taliū malueꝛūt. Et q̄m multos adhuc in eodem aī iudicio durare ꝓuidimꝰ: ita vt nec diis celeſtibus honoꝛē debitū redderēt:nec ſue religioni ſatiſfacere viderent̄:reſpicientes ad ſolitam māſuetudinē clemētie nr̄e:qua ꝯſueuimꝰ oībus hoīb9 dare veniam libenter ēt erga hos indulgētiam nr̄am credidimꝰ poꝛrigendam:vt rurſum ſint xp̄iani:⁊ conuēticula in q̄bꝰ oꝛare ꝯſueuerunt extruant et reedificēt ita t̄n vt nihil contra diſciplinā publicā gerant. Aliis vero ep̄lis iudicibus indicauimus: q̄d eos opoꝛteat obſeruare: Vñ ꝯceſſa hac nr̄a indulgentia exoꝛare debēt deū ſuum ꝑ ſalute nr̄a:⁊ ꝓ rei publice ſtatu. vt oimō incolumi degēte republica ēt ipſi ſecuri agere in ꝓpriis laribus poſſint. Hec de latino in grecū verſa nos rurſum trāſtulimꝰ in latinū. Sꝫ poſt hec q̄d cōſequutū ſit videamꝰ.

¶ Explicit liber octauus.

¶ Incipit liber Nonus.

¶ Capm. j. de executione indulgentie quam fecit maximinus in xp̄ianos.

Huiuſce modi edictꝭ im ꝑialibꝰ per oēꝫ locum aſie, ꝓ̄ōtiq; ꝓpoſitis velut extinguētibꝰ tenebꝛis ſubito lumē effulſit. Sꝫ maximinꝰ q̄ in oꝛientis partibus ceſaris tyꝛannidem potiuſq̄ꝫ locū tenebat:tanq̄ꝫ crudelitatis ſue materiam ſibi ſubtrahi nō ferens:cuꝫ ei diſpliceret edictum: nec t̄n auderet obſiſtere:ꝓponi publice legem: ⁊ oībus in noticiam venire non patitur:verbo t̄n iudicibus p̄cipit indutias chꝛiſtianis interim dare. Sed Sabinus qui per illud tempus pꝛefecture culmē regebat: oīm pꝛouinciarum iudicibꝰ ſcribens: ⁊ pꝛelatam imperatoꝛis inferens legem manifeſtum efficit cunctis:id q̄ꝺ Maximinus obſcurare tentauerat. Iudices vero per ſingulas ciuitates edicta mittentes legemq; p̄ferentes relaxari cunctos qui tenebantur in carcere: quiq; ī metallis aut quibuſlibet vinculis ſeruabantur oēs abſcedere liberos iubent. Quibus ita geſtis velut poſt nimiā tēpeſtatem ſi ſolis ſplendoꝛ celo redditꝰ fuiſſet ac terris:duces ppl̄i noſtri ꝑ ſingulas quaſq; vrbes frequentare conuētus:eccleſias inſtaurare:conſilia agere ſacerdotia repare: ſingulas quaſq; eccleſias ſi cui q̄d deeſſe videbat̄ inſtruere. q̄ cum ita gererentur ſtupoꝛ ingens habebat infideles gentiliū: de tanta tāq; ſubita conuerſione reꝝ:ita vt admiratione ip̄a fateri cogerentur magnū ⁊ ſolum veꝝ deum eſſe queꝫ xp̄iani colūt Noſtroꝛum vero ſi q̄ in agonibus fideliter ⁊ viriliter ꝑdurauerāt: cum omni fiducia ⁊ leticia agebant. Si q̄ vero languidius ⁊ ignauius egerant:cuꝫ omni humilitate ⁊ ſupplicatione medicinaꝫ poſcere ab iis qui īcolumes perſiſterāt properabant. et ꝑ eos repꝛopiciari ſibi oipotentem deum ſupplicabant. Iā vero illi qui de metallis fuerant relaxati. venientes per vrbes ſingulas magnanimi ſublimeſq; incedebant:⁊ ineffabilem leticiam atq; exultationem dei eccleſiis exhibebant:toto itinere per plateas q̄ꝫ ciuitatum ⁊ vicos cum pſalmis ⁊ hymnis digredientes ita vt ſtuperēt: et magnificarent deum ii qui eos paulo ante vinctos ⁊ cathenatos trahi ī metalla viderant! letos ꝓ̄o nūc atq; exultantes cernebant ad ꝓpꝛia remeare. Ex quo etiam ipſi qui pꝛius infeſti nobis videbant̄ ⁊ arduo ſi nunc, ſubite cōuerſionis miraculo congratulabāt̄ nobis ⁊ communem ſibi ducebant leticiā noſtram. Verum cuꝫ hec ita in agris ac vicis ⁊ vrbibus agerentur:⁊ pꝛo reddita ſibi pace chꝛiſtianoꝛum populi modeſta exultatione gauderent totiꝰ boni inimicꝰ tyꝛānꝰ ferre nō potuit, q̄n iſita ſibi neq̄tie rabie gaudia iſta ſubꝛueret.

¶ Capm. ij. inſtaurat maximinus per-

ſecutionem chꝛiſtianos quam edictis
publicis ceſſare iuſſerat.

ETenim maxi-
minus quem oꝛientis at-
qꝫ egypti partium tyranni
dem tenere ſupꝛadiximus
ſex non amplius menſes paſſus eſt no-
ſtros in pace perſiſtere. Et pꝛotin⁹ q̇c-
quid ad obturbãdam eam nanſciſci po
tuit molitur. Igitur pꝛimo pꝛohibere
noſtros per occaſiones quaſdam tem-
ptat ne ad cimiteria conuenirent. Tuz
deinde nequiſſimos quoſdã antiochie
vꝛbis viros inſtigat legationem mitte
re aduerſum nos depoſcentes ne ĩ pꝛo
pꝛia patria degere liceat xp̄ianis. Cui⁹
legationis initium fecit per Theothe-
nium quendam curatoꝛem antiochie vꝛ
bis praui ingenij hoĩem peſſimiqꝫ ꝓpo
ſiti. Sed ⁊ alios per ſingulas ciuitates
ſimiliter teterrimos ciues ad ſimile fa
cinus impellit: ⁊ ex oĩbus pꝛouincijs hu
iuſcemodi legationem dirigi componit
multaqꝫ alia aduerſum nos ſpeciali q̇-
dam odio ⁊ obſtinata confeſſione machi-
natur donec oĩmodo mala que iã quie
uerant renouaret. Mala mẽs maluſqꝫ
animus velut ſitim quãdam famẽqꝫ ſe
pati putabat niſi laniari carnes ciuiuz
ſanguinemqꝫ eoꝛum pꝛofundi videret.

¶ Capitulum. iij. de miro apud antiochiaz
ſimulachꝛo ex quo aduerſum chꝛiſtia-
nos confinguntur mendacia.

Interea reperiſſe
e occaſionez maximinus ratus eſt ex
o ꝙ apud antiochiã ſimulachꝛũ q̇dã
Iouis amabilis nuper conſecratũ arti
bus quibuſdam magicis ⁊ impuris cõ
ſecrationib⁹ ita ꝯpoſitũ eſt vt falleret
oculos intuentiũ et poꝛtenta q̄dã oſtẽ-
tare videret̃ ac reſpõſa ꝓferre. Idqꝫ oĩ
bus et ipis impatoꝛib⁹ pꝛo certo cõfir-
mat̃ qđ poſtea ꝙ̃ ab vniuerſis creditũ
eſt aſſeuerat̃ itẽ de⁹ ille dediſſe rñſa ne
xp̄iani in vꝛbib⁹ habitarẽt. Neqꝫ ĩ vici-
nis vꝛbi locis ſꝫ quãto fieri põt longi⁹
migarent̃. Quib⁹ cognitis oĩs q̇ vbiqꝫ
erãt ſub tyrãni regno p vꝛbes ac ꝓuin-
cias ſingulas ſciẽtes gratũ hoc eẽ apđ

eum ſimilem de xp̄ianis ſniam ferunt.
Et miſſis ad euz legatis eadem ab im-
peratoꝛe impetrant que vt peterent ab
ipſo fuerant inuitati.

¶ Capitulum. iiij. de eiuſdem maximĩ
ni in chꝛiſtianos perſecutione.

IAm vero rurſus aduer-
ſum nos perſecutionis ra-
bies inſtaurat. Et maximi
nus interi ſumma inſtãtia
per vꝛbes ſingulas ⁊ pꝛouincias ſacer-
dotes ſimulachꝛoꝛum: ac pontifices ſta
tuit multiſqꝫ eos honoꝛibus ac muneri
bus afficit: ⁊ omnia pꝛoꝛſus diligenter
agit: quatenus cunctos beneficijs ſuis
pꝛeueniat: vt per hec pꝛõptioꝛes eos ef
ficeret in odiũ et necẽ xp̄ianoꝝ. Idqꝫ eo
magis obtinebat q̇ gratioꝛẽ ſibi duce-
ret eũ quẽ erga nr̄os ſeuioꝛem nequio-
remqꝫ ſenſiſſet.

¶ Cap̄. v. blaſphemias in xp̄m ꝯfictas
per omnes regni ſui pꝛouincias mittit
maximin⁹ eaſqꝫ pueris doceri pꝛecipit.

Et quãuis ei agere cuncta
ex ſnĩa liceret q̇p
pe q̇ iam ſibi etiã auguſti cõceſſaz pꝛe-
ſumpſerat dignitatem videri tñ vult ꝙ
aliquib⁹ iuſtis hec rationib⁹ agat. Cõ-
finguntur acta quedam velut apud pyꝛ
latum de ſaluatoꝛe noſtro habita ĩ qui
bus aduerſum xp̄m oĩs blaſphemia cõ
ſcribit̃. Que acta p oẽs regni ſui pꝛoui-
cias ꝓlato edicto mitti pꝛecipit: ⁊ p vꝛ-
bes ſingulas p vicos per agros etiam
ꝓponi. Pꝛeceptoꝛibus q̇z pueroꝝ tradi
iubet vti ꝓ his q̄ ad meditandũ vel edi
ſcendum dictare ſolent hec tradãt pue
ris memoꝛie cõmendanda. Cuz vero hec
ita p oẽm locũ diligenti neq̇tia gereret̃
dux damaſci cognita impatoꝛꝫ ſui erga
xp̄ianos libidine ⁊ placere ei in talibus
ſtudẽs ĩdigniſſimas q̄ſdã mulierculas
de triuio ꝯq̇ſitas ſiſti ſibi facit ⁊ agitari
in his plurimã q̄ſtionẽ p quã cogeret eas
actꝫ ꝯfiteri fuiſſe ſe q̇dã xp̄ianas ⁊ ſcire
ꝙ int̃ ipa miſteria eoꝝ ſpurca q̄dã ⁊ ipu
ra ꝯmitteret̃ aliaqꝫ hmõi flagitia q̄ nec
audire q̇dẽ bon⁹ q̇ſqꝫ pateret̃. mulierclas
actꝫ ꝓſeq̇ facit eaqꝫ ꝯſcripta ad ipatoꝛẽ
refert. at ille ꝓpõi ea nichilomin⁹ pſſgu

las q̃ſq; vrbes ac ꝓuincias iubet. Quis
dux ille nõ lõgum tali fraude gauiſus
ſit, Breui nãq; quadã inſania deſpera-
tionis ſucceñſus in exitium vite ſue ꝓ-
prias ſibi intulit manus.

Cap. vj. de eiuſdẽ maximini in xp̃ia-
nos inſtaurata perſecutione atq; per
Lucianũ presbyterũ de chriſtiana fide
pulchre reddita rõne. A

Moſtrorũ ve-
ro rurſum fuga rurſum
ꝑſecutio ⁊ ſupplicia re-
nouari. Judices ꝓuicia
rũ tãq; gratũ aliq̇d ex h
imꝑatori exhibẽtes ĩ nr̃os atroci⁹ deſe
uire. Igit̃ apd̃ Tyrũ fenicis vrbẽ tres q̇
dẽ iuuenes correpti cũ ſe xp̃ianos eẽ cõ
fiterent̃ beſtijs ſubigunt̃. Cũ qb⁹ ⁊ Sil
uanus ep̃s. xl. annis funct⁹ ſacerdotio
vir mãſuetudie ai ⁊ ip̃a iã ſenectute ve
nerabil̃. Per idẽ tp̃s et petr⁹ de q̃ ſupra
mẽorauim⁹ alexãdrine vrbis ep̃s ꝑ oĩa
inſignis ⁊ oĩb⁹ ꝟtutib⁹ adornat⁹. In ſcri
pturis ꝟbo diuinis ⁊ ĩ ꝟbo dei prioꝝ nul
lis inferior. prudẽtia q̃z ſingularis ⁊ in
oĩb⁹ ꝑfect⁹ vere ⁊ ſacerdos ⁊ hoſtia dei
ſubito rapit̃: ⁊ tãq; ex maximini p̄cepto
capite obtruncat̃. Cum quo ſimul ⁊ alij
plures ex egypto ep̃i trucidantur.

B Lucian⁹ q̃z vir morib⁹ ⁊ ↄtinẽ
tia eruditiõe p̄cipuus Antiochenus p̄ſ
byter cũ ad tribunal iudicis fuiſſet ad-
duct⁹ cur inq̇t ad eũ p̄ſes vir rõnabilis
⁊ prudẽs ſeq̄ris ſectã cuius reddere nõ
poteris rõnem. Aut ſi eſt aliqua audia
mus. Tũ ille data ſibi facultate dicẽdi
huiuſcemodi rõnẽ de fide nr̃a habuiſſe
dr. In occulto non eſt q̓ nos xp̃iani quẽ
colimus vn⁹ deus eſt ꝑ xp̃m nobis an-
nũciat⁹ ⁊ ꝑ ſpm̃ ſctm̃ nr̃is cordib⁹ inſpi
ratus nõ eñ ſicut vos putatis humane
alicui⁹ ꝑſuaſionis errore cõſtringimur
nec indiſcuſſa vt alij parẽtũ traditione
decipimur. Auctor nobis de deo deus
eſt. Neq; eñ poſſet ſublimis illa maie
ſtas ſenſib⁹ hũane mẽtis illabi niſi vel
ſpũs ſui ꝟtute d̃lata ꝟbi ac ſapiẽtie ſue
interp̄tatiõib⁹ indicata. Fateor errauĩ-
mus etiã nos aliq̃n ⁊ ſimulachra q̃ ipſi
finxim⁹ deos celi ac terre putabamus.

auctores. Sz arguebat eos fragil̃ ſub-
ſtãtie ſue a nobis p̄ſtita ↄſecratio. In q̇
bus tm̃ venerationis inerat q̃tũ decoris
man⁹ ↄtuliſſet artificũ. Verũ oĩpotẽs il
le de⁹ quẽ nõ nr̃is manib⁹ fictũ ſz cui⁹
nos decebat eẽ figmẽtũ errores miſera
tus hũanos ſapiẽtiã ſuã miſit ĩ hũc mũ
dũ carne veſtitã q̃ nos doceret deũ q̇ ce
lũ feciſſet ⁊ terrã nõ in manu factis ſed
in eternis atq; inuiſibilib⁹ req̇rendũ. Vi
te etiã nobis legis ac diſcipline p̄cepta
ↄſtituit ſeruare parcimoniã paupꝑtate
gaudere mãſuetudinem colere ſtudere
paci puritatẽ cordis ãplecti patiẽtiaz
cuſtodire. Sz ⁊ oĩa hec q̄ nũc aduerſus
nos geritis vẽtura nobis eſſe predixit.
Educẽdos nos ad reges ⁊ añ tribunalia
iudicũ ↄſtituẽdos ac velut victimas iu
gulãdos. Inde eſt deniq; q̓ ⁊ ip̃e q̇ erat
imortalis vt pote ꝟbuz ac ſapiẽtia dei
morti ſe p̄buit q̇ nobis in corꝑe poſitus
patiẽtie p̄beret exẽplũ. Sz nec nos ſua
morte decepit q̇ poſt diẽ tertiã reſurre
xit. Nõ vt iſta q̃ nũc falſo ↄſcribunt̃ ↄti-
nẽt acta pilati ſed innocẽs imaculat⁹ ⁊
purus ad hoc ſolũ mortẽ ſuſcepit: vt eã
vinceret reſurgẽdo. Que aũt dico non
ſunt in obſcuro geſta loco nec teſtibus
indigent. Pars pene mũdi iam maior
huic ꝟitati aſtipulat̃ vrbes integre: aut
ſi ĩ his aliq̇d ſuſpectũ vr̃ ↄteſtat̃ de his
ẽt agreſtis man⁹ ignara figmẽti. Si mi
nus adhuc credit̃ adhibebo vobis ẽt
loci ipſi⁹ ĩ q̃ res geſta ẽ teſtimoniũ. A-
ſtipl̃at̃ his ip̃e ĩ hieroſolymis loc⁹ ⁊ gol
gothana rupes ſub patibuli onere di-
rupta. Antrũ q̃z illd̃ qd̃ auulſis inferni
ianuis corp⁹ denuo reddidit aĩatũ q̇ pu
ri⁹ inde ferret̃ ad celũ. Aut ſi adhuc vo
bis min⁹ digna vident̃ hec q̄ ĩ terris ſub
ſtãtiã geſt̃ accipite ẽt a celo aſtipulato
rẽ fidelẽ ſolẽ vobꝭ ip̃z hoꝝ ꝓduco teſtẽ.
Qui cũ hec fieri ꝑ impios videret ĩ terris,
lumẽ ſuũ meridie abſcõdit in celo. Req̇
rite in ãnalib⁹ vr̃is inuenietis tꝑib⁹ pi-
lati, Xp̃o patiẽte fugato ſole iterruptũ
tenebris diẽ. Qd̃ ſi terre ſi celo ſi ſangui
nĩ eoꝝ a qb⁹ ꝟitatẽ ꝑ tormẽta ꝑq̄ritis
fidẽ nõ accõmodatis q̃uo meis ꝟbis al
legatõibuſq; credetꝭ? Et cũ pene iã his
verbis auditorib⁹ ſuadere cepiſſet ar-
ripi iubet̃

npi iubetur i carcerẽ ibiqꝫ quaſi abſqꝫ tumultu populi necari.

¶ Capitulũ. vij. maximus leges cõtra xp̃ianos latas ereis tabulis incidit et blaſphemias in xp̃m totas dies decantari iubet.

SEdet per alia nihilominus loca tanta in breui crudeliſſim⁹ tyrãnus aduerſuz nos excitauit vt longe ſe uiorã ꝑoribus ⁊ duriora patrarẽt. Qñ eñ aduerſum nos legatiões ꝓuinciaꝝ vel vrbi qñ tot ⁊ tãta imperialia edicta venerãt: ita vt etiã ereis tabulis incidi leges q̃ aduerſum nos date fuerãt iuberẽtur. Qñ pueris ſcholaris meditatio de pylato ⁊ Jeſu haberi cõtumelie nr̃e gratia iuſſa eſt ⁊ ꝯuitijs referta: ac blaſphemijs ꝑ totũ diẽ decãtari. In his ꝓo legibus quas aduerſum nos ere incisas ſingulis quibuſqꝫ ciuitatibus ꝓpoſuerat velut ineternũ manſuras iactanter ſatis ⁊ ſupbe deſcripſerat ꝙ ex quo xp̃iani ſedibus ſuis vrbibuſqꝫ pelluntr ⁊ aeris eſſet leta tẽperies et terre fecunditas abundãtior ⁊ ſegetũ copia vberior: ⁊ ideo ſatis recte ꝯſuli ad deorũ imortaliũ gratiã q̇bus nulle ita acceptabiles victime litarent q̃ꝫ vt inuiſuz his hoim genus ex oibus locis in q̇b⁹ maieſtas corũ colit pelleret. Addit q̇ꝫ etiã illud: vt qm̃ tam piã tanqꝫ religioſam pactionẽ hãc ab imperatore popoſciſſent quidq̇d illud eſt: q̃uis difficile videat: qḋ ſuis cõmodis eſtimẽt profuturũ pro hac gratia nihil ſit qḋ ipetrare non poſſent. Tantũ vt hoc diligẽti⁹ obſeruent ne xp̃ianis qualitercunqꝫ vrbium concedatur ingreſſus.

¶ Cap. viij. de vltiõe digna de infideles ꝑ ꝯfictis aduerſum xp̃ianos mẽdacijs deqꝫ ſumma xp̃ianoꝝ in paganos ⁊ ꝑſecutores ſuos cõmiſeratione.

ET quidẽ q̃ntuz in hoibus fuit ſatis in anguſtum res noſtre opeſqꝫ coartate ſunt vt ſcd̃m illud qḋ ſcriptũ eſt in his ſcandalizari poſſent etiam electi.

A ¶ Sed poſtq̃ nihil reliqui apḋ hoies reb⁹ nr̃is ſupeſſe viſum eſt, oipotẽtis dei ꝓuidẽtia imbecilles hoiz mẽtes piclitari ip̃a deſperatione nõ patit. Cõtinuo nãqꝫ nec mora dũ adhuc ꝑ aliquas longius poſitas ciuitates impie mitterent edicta arrogãtiã tyrãnice vocis refrenãs qua letas ſegetes pro chriſtianoruz fuga ⁊ vberes frugib⁹ deſcripſerat cãpos, imbres reſtringit in nubibus ⁊ effectas arida ſterilitate ſegetes derelinquit. Areſcit etiã herba cãpoꝝ. Et nõ ſolũ hoib⁹ fructũ, verũ etiã pecudib⁹ pabulũ negat. Fameſqꝫ terra ⁊ obſcena vbiqꝫ graſſat. Aeris quoqꝫ temperies quã ſuis impijs actibus deſcripſerat famulari in tantã corruptionẽ verſa eſt vt hũana corpora vlceribus peſtinis q̃ ignis ſacer appellant necnon et his q̇ dicunt carbũculi replerent ita vt ⁊ ora hoim atqꝫ oculos occuparet: vt ſi q̇ forte ex his effugiſſet morte luminib⁹ orbaret. Sꝫ ⁊ alijs nihilominꝰ peſtilẽtibus morbis viroꝝ ⁊ mulieꝝ imẽſe multitudines et ꝑcipue infantũ aceruatim cadebãt. Addit illud etiã his malis ꝙ armenioꝝ gẽs olim ⁊ vtiliſſima et amiciſſima pp̃lo romano dũ abieo xp̃iane religionis ritũ cui deuotiſſime vniuerſa dedita eſt i ydoloꝝ cultũ mutare cogeret: ⁊ demones venerari ꝓ deo, inimici ꝓ amicis ⁊ ꝓ ſocijs aduerſarij effecti manu ſe aduerſum nefaria eius edicta defenſare parãt ac ſpõte bellũ inferũt. Que ſimul oĩa coaceruata ſtulte ob eo penas arrogãtie depoſcebãt ꝓ eo qḋ ꝑ fugã ꝑſecutionẽ xp̃ianoꝝ pacẽ ſibi ⁊ rerũ oim copias atqꝫ ip̃i⁹ etiã aeris tẽperiẽ deſeruire iactauerat. Igit cũ ip̃e et exercit⁹ bello Armenico vehemẽter et acriter vrgeret, pp̃los ꝑ vrbes ⁊ vicos q̇b⁹ diuina atqꝫ humana ꝓſpere cũcta ceſſura legũ ſuaꝝ auctoritate ꝓmiſerat fames dira abſqꝫ vlla miſeratiõe vaſtabat. In vrbib⁹ ꝓo tãte ꝑ dies ſingulos multitudies cadebãt: vt nec loca ad ſepulturas inuenirẽt. In agris vel vicis plurime dom⁹ penit⁹ vacue remãſere. Qḋ ⁊ ſi aliq̇ imminẽtẽ vidẽtes ſtragẽ filios ſuos ad vrbẽ venũdaturi adduxerãt dũ emptor morat aut retractat etiã ip̃e moritur⁹ accedere cũ liberis ſuis q̇ꝫ ex ꝑcio alẽdos ſe ſperauerãt interibãt.

Aliquiꝺo dū radices herbaꝝ ſectabantur carūq̄ ſuccis aīam ſuſtētare. tēptabant purgēte inedia incaute letali aliquo hauſtu corrūpebant. Mulieres q̄z matres familias: et honeſto loco nate vi famis cogente pudoris oblite ad publicū ſtipis petēde gratia deſcēdebant Et q̄s verecūdia aſpicere in faciē hoim non ſinebat expetere aliqd cibi vel etiā de manu rapere fames cogebat. Quāplurimi ꝺo ita exhauſti incedebāt: vt ſimulachra magis carne carentia q̄ homines putarent, colore tetro luminib⁹ in ꝓfundū demerſis huc atq̄ illuc corpore nutabundi ⁊ iaꝫ iāq̄ lapſuri ingrediebant nec voce iam ſtipem: ſꝫ vltimū trahendo ſpm̄ depoſcentes ita vt nonnunq̄ ſi ſuffragmētū panis aliqs quo frui non liceret aſpiceret dū manuꝫ conat extendere nec deſideriū vires corporis ꝯſequunt in medio conat⁹ inualidi ictu fruſtrāte ꝯciderent. Qḋ ſi qs forte locupletiū miſeratione ꝑmotus ipartiri aliqd cibi indigentib⁹ voluiſſet conſtrictus ⁊ ꝓuocatus multitudine coruꝫ in qbus nemo erat q̄ repellēdus videretur deſerebat inceptū nec miſericordie propoſitū p viꝫ coꝝ quos inedia impudētes effecerat valebat explere. Interea per plateas oēs ⁊ angiportus erant oīa repleta cadaueribus mortuoꝝ nec erat omnino q̄ ſepeliret dum ⁊ ipi qui adhuc ſupeſſe videbant morbo inualidi eſſent ⁊ quaſi ꝯtinuo morituri ex quo fiebat ſpectaculum miſerabile ita vt q̄ plurimi a canibus deuorarent. Igitur due peſtes validiſſime fames ⁊ lues diuidebant ſibi pplꝫ. Et pauperiores q̄ſq̄ quib⁹ quotidianus victus ope manuū querebat velut vicinos ſibi et ꝓximos populabatur inedia. Illos ꝺo qui locupletes ⁊ referti opibus videbant lues ſibi velut proprios defendebat ita vt videres numeroſe familie domum intra breue tp̄s ex vno in alteruꝫ contagione currente extinctis oībus vacuā derelinqui. Sic diſcretis q̄dem caſtris fames lueſq̄ ſeductio mortis exitu bellātes vrbes agroſq̄ vaſtabāt. Hec extitit legū Maximini ⁊ elationis atq̄ arrogantie eius ⁊ iudicij de xp̄ianis habiti remuneratio. Nec illius in deū pietas ⁊ religio m⁹ vt aſſerebat celit⁹ tradite maieſtas.

A ¶ Uerū vt ſuperi⁹ diximus cū et inhumata mortuoꝝ cadauera quos fames ꝯſumpſerat in plateis iacerēt ⁊ q̄s lues vſq̄ ad vnum interemerat nihilominus inſepulti in domib⁹ manerēt q̄ ꝺo ſupereſſe videbant vrgerent inedia clamare oēs ⁊ ſponte xp̄ianoꝝ pietatē miamq̄ ipcari quoſq̄ paulo āte extorres patria ⁊ domo egerāt nūc ſuppliciter exorare vt more ſibi ſolito viuentibus alimonie auxilium deferant mortuis inſepultis ſepulture iuſta ꝯſoluāt. Apud ipſos tātūmodo miſeratiōes valere: apud ipos ſolos que humanitatis ſunt pietatiſq̄ ſeruari. Nec tam veram religionē tā ſcām [illegible]q̄ in oibus perfectā vllā eſſe q̄ vniuerſis hoibus ꝯſulere tāq̄ ꝓpinquis ⁊ ꝓximis ſuadeat: nec eſſe aliū vllū pter xp̄ianoꝝ dn̄m cōfitebātur. Tum ꝺo noſtroꝝ populi quibus reuera per dei grām qḋ maxime omnib⁹ mirabile fuit neq̄ fames i aliquo neq̄ lues fuerat dn̄ata in nullo ꝓrſus iniurie memores: more ſibi ſolito ⁊ ad miaꝫ etiam inimicorum ꝑceptis dn̄icis inſtituti ꝯferre certatim vnuſq̄ſq̄ ꝓut poterat cibos ⁊ ſuſtētare ac reficere pereuntes. Et non ſolum cibos cū eis: ſed ⁊ affectum participare ex quo indigentib⁹ etiam parua ſufficere videbantur que cum magna pietatis affectione prebebantur. Illos quoq̄ qui morbi cōtagione laborabāt ad quos nullus gentiliuꝫ nec ꝓpinquorum quidem introibat ſedula ⁊ frequenti viſitatione curare: nec pati omnino aliquid per contagiuꝫ qppe quos diuina gratia circūdaret: cadaueribus quoq̄ mortuorum ſepulturam deferre ⁊ que ſunt nature iuſta cōplere. Ita breui igreſſu ſolo chriſtianorum per vrbes ⁊ vicos malorum facies imminuta rebus ipſis atq̄ opibus veram eſſe ⁊ piam religionem chriſtianorum in cordibus hominuꝫ ſcripſit multo tenacius q̄ tabulis ereis eam falſaꝫ eſſe tyrannus inciderat. Igitur cū hec a noſtris ita gererentur ⁊ per geſtoruꝫ bonitatem tacita quadam predicatione dei noſtri veritas noſceretur ita vt

completum videretur illud qđ
ſcriptum eſt in exodo: quia egy
ptijs erāt tenebre palpabiles ⁊
craſſe filijs aūt iſrael erat lux in
oib⁹ habitationib⁹ ſuis. Pergit
nihilominus dñs de⁹ nr̄ magni
ficari in ſanctis ſuis. ⁊ cepte vir
tutis opus pſperioribus ſucceſ
ſibus ppagare: atq₃ iterū nobis
in obſcuro poſitis ſplēdorē ſue
lucis accēdere. Etem ſcđʒ pphe
ticū dictum cibauit nos pane la
chrymaruʒ ⁊ potū dedit lachry
mas ſed in menſura. Hec eſt er-
go correptionis emēdationiſq₃
menſura: vt nō in ppetuū indi-
gnetur neq₃ in eternū iraſcat no
bis ſʒ repropicietur ſeruis ſuis
ſperantibus in ſe.

¶ Cap̄. ix. de conſtantini aduer
ſus maxentiū victoria in virtu-
te crucis ſibi p ſoporē apparētis
habita deq₃ maximini turpi fu
ga ac ſuorū ſtrage atq₃ eius ad
deū derelictis ydolis ɔuerſiōe. A

Teniʒ cū religioſiſſimus im-
perator conſtantin⁹
ɔſtantij equi mode
ratiſſimi et egregij pncipis fili⁹
aduerſ⁹ maxētiū vrbis rome ty
Idē in hyſto. tripti. ta li. j. capitulo. iiij. D.
rānū bellū pararet atq₃ exerci-
tū duceret erat q̇dē iam xpiane
religiōis fautor veriq₃ dei vene
rator nōdū tñ vt eſt ſolēne nr̄is
initiare ſignū dñice paſſiōis ac-
ceperat. Cū igit̄ anxi⁹ et multa
ſecū de imminētis belli neceſſi-
tate peruoluēs iter ageret atq₃
ad celū ſepi⁹ oculos leuaret ⁊ in
de ſibi diuinū p̄caret̄ auxiliū. vi
det p ſoporē ad oriētis partē in
celo ſignū crucis: igneo fulgore
rutilare. cūq₃ tanto viſu fuiſſet
exterrit⁹ ac nouo pturbaret̄ aſpe
ctu: aſtare ſibi videt angelos di
cētes ɔſtātine qđ eſt in
hoc vince. Tūc vo letus reddi-
tus ⁊ de victoria iā ſecur⁹ ſignū
crucis qđ in celo viderat in ſua
frōte deſignat. Et ita celit⁹ inui
tat⁹ ad fidē nō mihi vr̄ illo infe Idē in hyſto.
rior cui ſilr̄ de celo dictū eſt ſau tripti-
le ſaule q[illegible] pſeq̄ris ego ſum ieſ⁹ ta lib.
nazaren⁹ itū qr hō nō adhuc pſe j. cap.
quēs ſʒ iā ɔṽs inuitat̄. Ex hic ſi
gnū qđ in celo ſibi fuerat demō
ſtratū i militaria vexilla trāſfor
mat: ac labarū quē dicūt i ſpeciē
crucis dñice exaptat. Et ita ar-
mis vexilliſq₃ regiōis inſtruct⁹
aduerſus impiorū arma pficit.
Sʒ ⁊ i dextera ſua manu nihilo
min⁹ ſignū crucis ex auro fabre
factuʒ habuiſſe perhibetur.

¶ Uerū nō puto abſre videri ſi
paululū excedētes etiā q̇d ppo
ſiti religioſus dux in hoc bello
geſſerit proferamus.

B ¶ Igit̄ vbi diuine vtutis au
xilio certus de victoria effectus
eſt alio nihilomin⁹ eſtu religio
ſi pncipis animus fluctuabat qꝛ
ſcʒ imperator roman⁹ et pater
patrie nominatus ⁊ qui omnes
ſi fieri poſſet qui ante ſe princi-
patū geſſerāt pietate ⁊ religiōe
cuperet ſuperare nō ſolū patrie
ſʒ ipi vbi rome q̄ romani impe-
rij caput eſt bellū cogeret infer
re. nec ſine oppugnatiōe patrie
quā tyrann⁹ obſederat reddere
poterat patrie libertatē. Ange-
bat̄ hic anim⁹: ⁊ die noctuq₃ deū
cui ſe iā familiareʒ ſenſerat p̄ca
bat̄: ne dexteraʒ ſuaʒ quā ſigno
muniuerat ſalutari cruore ro-
mani ſāguinis macularet. Hoc
ei die noctuq₃ poſcenti preſti-
tit diuina prouidentia. Et cum
iam non procul a ponte Mil-
uio caſtra poſuiſſet ecce ſubito
velut vi diuina correptus Ma-
xentius agitur in occurſum. Et
proruens vrbis rome portis ſe
qui ſe reliquum exercitum iu-
bet. prior q₃ ipſe obuius precur
rit armatus. Iuſſerat autem na
uibus ad diſcipulam compoſi-
tis fluuiū ſterni ⁊ ſuppoſitis pō
tib⁹ exequari. vt ergo ipe eques

ꝛ precurſoꝛ oblitus operis ſui cū
paucis aggreſſus eſt pontē ſub=
ſedere naues: ꝛ in profundū di=
uerſus totiꝰ belli futuras cedes
vniꝰ nefandi capitis ſui dirimit
interitu: atqꝫ impollutā religio=
ſi principis dexterā a ciuili cruo
Idem re ſeruauit. Tum vero nihil mi=
i hyſto nus in hoc ꝙ̄ i Moyſeo atqꝫ he=
ria tri= breoꝝ populo geſtū videres vt
ptita. digne et ſuper his dici deberet
lib. i. c. Currus pharaonis ꝛ ꝟtutez eiꝰ
v. in fi. proiecit in mare. Electos aſcen=
ſores ternos ſtratores demerſit
in rubrū mare. Ponthū adope=
ruit eos. Ita nāqꝫ maxentiꝰ atqꝫ
ꝗ̇ qui cum ipſo erāt armati ſatel
lites demerſi ſunt in profunduz
pontibuſqꝫ his deuolutꝰ eſt ꝗs
ad religioſi principis aptauerat
exitiū. Sed ꝛ illud ſuper eo ꝯpe
tenter diceret̄. Lacum aperuit ꝛ
effodit eū ꝛ incidit in foueā quā
operatꝰ eſt. Conuertet̄ doloꝛ eiꝰ
in caput eiꝰ et in verticem eius
iniquitas eius deſcēdet. Hec im
pijs cōpetenter aptant̄. Conſtā=
tino vero tāꝙ̄ famulo dei digne
illa iungent̄ que moyſes poſt vi
ctoriā ꝓſtratis cecinit inimicis.
Cantemus dn̄o glorioſe em̄ ho=
norificatus eſt equū ꝛ aſcenſorē
proiecit in mare. Adiutoꝛ ꝛ ꝓte=
ctoꝛ meus eſt et factus eſt mihi
in ſalutē. Quis ſilis tibi in dijs
deus quis ſimilis tibi glorioſus
in ſanctis mirabilis in claritate
faciēs prodigia. Hec etiā ſi non
verbis rebus tn̄ geſtiſqꝫ conſtā=
tinus ipſi a quo victoriam me=
ruerat excelſo cōcinēs deo vrbē
romā triumphaturus ingredit̄:
Tum vero leti omnes cum con=
iugibus ac liberis. Senatus po
puluſqꝫ romanus ingenti peſte
liberati ꝛ iugo tyrannice imma=
nitatis exempti conſtantinū ve=
lut auctorem ac reſtitutorem li=
bertatis excipiūt. Ille tn̄ nec ad
laudes acclamantis ppl'i nec in
plauſum tāte vrbis ac talis ani
mos relaxabat. Neqꝫ ſue ꝟtuti rem ge=
ſtā: ſed diuino muneri deputabat. Sta=
tim deniqꝫ vbi imagines ſibi ob honoꝛē
triumphāti ſenatus erexit vexillū dn̄ice
crucis i dextera ſua iubet depingi ꝛ ſub=
ter aſcribi: qꝛ in hoc ſigno ſingulari ſi=
gno qđ vere eſt virtutis inſigne vrbem
Romā ſenatūqꝫ ꝛ ppl'm Romanū iugo
tyrannice dn̄ationis ereptuz priſtine li
bertati nobilitatiqꝫ reſtitui.
C ¶ Per idem tp̄s conſpirante etiaz
tum ſecum Licinio nondum enim in id
veſanie inciderat quo poſtmodum dila
pſus eſt. Sciētes ꝛ profitentes auctoꝛē
ſibi bonoꝝ omnium deuz vna eademqꝫ
ſententia legē ſtatuunt in qua deū chri=
ſtianorum pleniſſimus laudibus proſe=
quuntur: ꝛ ipſum ſibi auctorē totiꝰ ꝟtu
tis atqꝫ operis profitentur ipſumqꝫ de
tyrāno preſtitiſſe victoriam. Et ideo ab
vniuerſis huic venerationē cultūqꝫ de=
ferendū. Hanc legem etiā ad Maximi=
nū qui tunc orientis partibꝰ dn̄abatur
amicitiaſqꝫ eorū expetere videbat̄ emit
tunt. At ille ingentibus imperatoꝝ re=
bus geſtis perterritus: tāetſi que ſcribe
bant̄ cōtraria ſibi ꝛ aliena mētis ſue ꝓ=
poſito viderentur tn̄ qm̄ reſiſtere nō au
debat: ꝛ rurſuz aliene auctoritati cedēs
inuitus videri in hoc veniſſe erubeſce=
bat metu ſimul ac pudore vſus miſerri
mis conſiliarijs ſtatuit velut ex ſuo ar=
bitrio atqꝫ auctoritate legē pro xp̄ianis
ſilis ſententie prouulgare. In qua aſſe
ueraret maioribꝰ quidē ſuis prioribus
auguſtis viſum fuiſſe xp̄ianorum gentē
tanꝙ̄ deoꝝ cultui aduerſam penitꝰ eſſe
delendā. Se quoqꝫ aliquādiu ratum ſi=
mili debere vti ſnia. Sed qm̄ eo magis
gens iſta propagetur ꝛ creſcat quo ma=
xime putat̄ inhiberi velle ſe potius vt ſi
quidē blādis quis ad deoꝝ cultū pſua=
ſionibus acqeſcat recipiatur. Nullſus
vero cogatur inuitus: ſed habeat in ar=
bitrio ſuo quo qſqꝫ velit ritu colere deū
neqꝫ pro hoc cōmotionē vllā vel pertur
bationē prouincialibus inferendā. Hec
maximinus ad Sabinū prefectū ſcribit
cum tn̄ oēs ſcirent eum non ita animo
gerere: ſz ſimulata hac humanitate de=
cernere. Deniqꝫ noſtrorum nullus au=

debat vel conſilia agere vel in publico
quicq̄ qđ ad religionem pertinet com-
mouere: idcſt vel eccleſias reparare vel
ſi quid hmōi vſus noſter poſcebat exple
re qđ fieri lex ad eum ab imperatoꝛibus
miſſa cenſebat. Sed ille impius ⁊ mēte
ferox hoc ſolū ꝙ meſtus extoꝛquebatur
indulſerat: nec in aliquo mutauit affe-
ctum donec digna in euꝫ verbera vltio
diuina pꝛoferret. Et enim cū contra me
ritum ⁊ pꝛocacitatem mētis ſue vel no-
men auguſti vel imperiū pꝛeſumpſiſſet
vir in quo nihil pꝛudentie nihil ſobꝛie-
tatis aut moderationis inerat arrogan
tia tumidus ⁊ ſuperbia inflatus extolli
⁊ erigi etiam aduerſum regni ſocios ce-
pit. In quibus regalis inſtitutio moꝛuꝫ
pꝛobitate ⁊ ſobꝛietatis ac religiōis gra
tia refulgebat. Audet igitur pꝛimo ſe in
ter eos honoꝛe conſtituere pꝛioꝛē: ac nō
multo poſt rupto federe bellū Licinio
conatur inferre: ⁊ bꝛeui oīa perturbans
modo vrbes quatere modo exercitū fa-
tigare. Ad vltimum fretus demonibus
⁊ numine deoꝝ ſuoꝛum cū immenſa mi-
litum multitudine pꝛocedit ad bellū. ſꝫ
victoꝛia illum qui deo atq̄ hominibus
inuiſus erat refugiens ad partē alterā
trāſit. Et cū ferro cecidiſſet ei⁹ exercit⁹
pauci qui ſuperfuerant videntes eū mi
litum copijs ⁊ diuino fauoꝛe nudatum
manum foꝛtioꝛibus tradunt. At ille ſi-
mul vt ſe a dijs ſuis deceptum ⁊ ab ho-
minibus deſertum videt: detractis im-
perij inſignibus que nec decenter vnq̄
geſſerat turbis ſe calū fugitantium per
miſcens turpiter atq̄ infeliciter bello
exemptus ꝑ agros ac vicos latitās tan
dē ad ea loca q̄ hoſtib⁹ carere videbant
euaſit nauis ſuis perſuaſionibus illud
multo verius eſſe perſentiens qđ diui-
na ſcriptura pꝛonunciauerat dicēs. Nō
fit ſalus rex per multitudinem virtutis
ſue: nec gigas ſalu⁹ erit in multitudine
foꝛtitudinis ſue. Fallax equus ad ſalutē
in habundantiam autem virtutis ſue
nō erit ſaluus. Ecce oculi domini ſuper
timentes eum ſperantes ſuper miſeri-
coꝛdia eius vt liberet a moꝛte animas
eoꝛum.

D ¶ Igit cuꝫ oī dedecoꝛe atq̄ igno
minia tyrannus, Poſtea quā regreſſus
eſt ad ꝓpꝛia. Pꝛimo tāquā furoꝛe quon
dam ſe digno accenſus plurimos ſacer
dotes deoꝛuꝫ ſuoꝝ ⁊ diuinos quos an-
tea mirabatur: ⁊ quoꝝ reſponſis confi-
dens bella c[illegible]ōmouerat vt deceptoꝛes
fallaceſq̄ ⁊ qui ſalutē ſuā regnūq̄ ꝑdi-
diſſent interfici iubet. Poſt hec gloꝛiam
laudēq̄ deo xpianoꝝ refert: ⁊ ſera peni-
tentia cōuerſionem in ipſa vite ſue dā-
natione meditatus cū grauiſſimā moꝛ-
tē moꝛbis erga ſemetipſum certātib⁹ du
ceret legē ꝓ libertate ac ſecuritate xpia
noꝝ ſcribit: cui⁹ exemplū infra ſcriptuꝫ
eſt. Imperatoꝛ ceſar galerius maximi-
nus germanicus ſarmaticus pius felix
inuictus auguſtus. Indeſinenter curaꝫ
ꝓuincialiū noſtroꝝ gerentes ⁊ vtilitati
bus eoꝛum vel cōmodis cōſulētes q̄ ad
cōe ⁊ publicum bonum ſpectant queqꝫ
animis cunctoꝛuꝫ chara ⁊ iocunda ſunt
nunq̄ deſinimus pꝛouidere. Unde co-
gnitum eſſe omnibus nō dubito mani-
feſteqꝫ compactū: ex fomite quo iuſſum
fuerat a diuis pꝛincipibus diocletiano
⁊ maximiano parentibus noſtris inhi-
beri cōuentus chꝛiſtianoꝝ plurimas di
reptiones ⁊ pꝛedas ab officialibus fa-
ctas idqꝫ per dies ſingulos in detrimē
tum noſtroꝛum pꝛouincialiuꝫ pꝛofeciſſe
(quoꝛum nos curam pꝛecipuam habe-
re geſſim⁹) ita vt bonis ſuis pene ac pa̅tri-
monijs euoluerent. Super hac re anno
pꝛeterito legem dedim⁹ vt ſi quis vel-
let genti huic vel religioni adherere a
nullo pꝛoꝛſus voluntas ei⁹ ac pꝛopoſiti
libertas impediret: ſed ſatiſfaceret ani
mis ſuis atqꝫ haberet licentiā abſqꝫ vl-
lo metu vel ſuſpitione agere qđ liberet.
Uerum ne nunc quidem latere nos po-
tuit quod quidam ex iudicibus tēpta-
uerint permouere rurſum pꝛouinciales
noſtros: ⁊ velut ex nr̄a eos auctoꝛitate
turbare quo ſcilicet pigrioꝛes erga reli
gionem quam diligunt redderent. Igi
tur vt in poſteruꝫ omnis metus vel am
biguitas auferatur huius edicti noſtri
lege ſancimus vt cunctis innoteſcat li-
cere his qui xpianam ſectā religionēq̄
venerantur hac noſtre indulgentie lar-
gitate vt vnuſquiſq̄ quēadmoduꝫ vult

⁊ prout animo libet religioni huic ſolē-nitatiq́ deſeruiat. Sed ⁊ orationum domos. i. dñica ſua vt inſtaurent ꝑ volũtate permittim⁹. Sane quo in oibus cumulatior habeat hoc noſtra largitio ēt illud ac lege ſancimus vt ſi que domus agri vel quelibet predia ex xp̄ianoꝝ bonis ante hac parētum noſtroꝝ preceptſ ad fiſci ius fuerant ſociata ſi qua etiam ibi ab aliquo cōpetita ſunt vel ſi qua diſtracta aut dono in aliquē collata. Hec omnia in antiquũ ius xp̄ianoꝝ ꝑcipim⁹ reuocari dominiſq́ ꝓprys vniuerſa reſtitui vt ⁊ in hoc oēs pietatis noſtre beneficiuȝ capiāt. Talib⁹ maximinus nũc demum vtit legibus q̄ ante annũ nō integrũ ereis aduerſum nos tabulis tāq̄ ineternũ permanſuris ſanxerat penas. In quib⁹ nos velut impios vrbibus et agris exules ac totius pene terre profugos effici iuſſerat. Uerum ne nũc quidē erat ei⁹ integra et ex corde cõuerſio. Sȝ velut precium quoddā huiuſcemodi leges offerebat deo. Et qm̄ deoꝝ ſuorum ſpes eũ prius in bello deceperat ꝑ hec tanq̄ mutatis patrociniys bellum temptabat adoriri. Ignorans vaniſſimus: q̄ ab hoibus neq̄: ad prauũ inceptũ neq̄ officiys neq̄ premiys pōt redimi de⁹.

¶ Cap. x. quō maximinus in grauiſſimũ morbũ incidit ⁊ xp̄ianoꝝ perſecutores deſtruunt̄ quapropter xp̄iani in pace inceperunt viuere.

Abitur cuȝ omnib⁹ copiys inſtruxiſſet exercitũ bellũq́ parauiſſet iniuſtum: dolorib⁹ internorum viſceꝝ correptus vehemēter exagitari cepit: ita vt ne ſtratis quidem recubare poſſet.

gentis regina: vehementi bello Pale=
ſtini et arabici limitis oppida atq; vꝛ=
bes quatere: vicinaſq; ſimul vaſtare ꝓ
uincias cepit. Cumq; frequētibus bel=
lis romanum attriuiſſet exercitum: et
plurimis peremptis reliquos vertiſſet
in fugam: oꝛata pacez non aliter ſe am
plexuraʒ pꝛomittit: niſi moyſes quidā
nomine monachus genti ſue oꝛdinaret
epiſcopus. Qui in heremo partib⁹ ſuis
pꝛopinqua vitam ſolitariā ducens me
ritis et virtutibus ac ſignis que facie=
bat deus per illum: magnifice innotue
rat. Petitio eius pꝛincipi indicata Ro
mano: ſine vlla dilatiōe iubetur imple
ri a ducibus noſtris qui ibi infeliciter
repugnauerant: captus Moyſes ad ſa
cerdotium ſuſcipiēdum Alexandriam
ex moꝛe deducitur. Adeſt Luti⁹ cui oꝛ=
dinādi deferebatur officiuʒ. Quo viſo
Moyſes pꝛeſentibus ducibus qui per
urgebant ⁊ populis ait. Ego quidem
me non eſſe dignum tanto ſacerdotio
iudico. Uerūtamē ſi aliqua in me licet
indigno diuina diſpenſatio putatur ex
plenda: deum noſtrum celi ac terre do
minum teſtoꝛ ꝙ Lutius ſanctoꝛum ſan
guine pollutas ⁊ cruētas ſuper me nō
initiet manus. Cumq; Lutius taʒ gra
ui nota iniuſtū ſe videret in oculis plu
rimoꝛum. Quare inquit o Moyſes taʒ
facile condemnas eum cui⁹ fidem igno
ras. Aut ſi tibi aliquis de me aliter in=
dicauit audi fidem meā ⁊ tibi ipſi ma=
giſq; alijs crede. Tum ille. Deſine in=
quit o Luci doloſis tuis me quoq; ima
ginibus aggredi. Bene mihi nota eſt
fides tua: quā pteſtantur ſerui
dei per metalla dānati. Epi in
exiliū truſi pſbyteri dyaconi ex
tra xpiani nois habitacula rele
gati. Beſtijs alij: alij etiam igni
bus traditi. Nunqd pōt verioꝛ
eſſe fides q̄ aurib⁹ capitur q̄ꝫ q̄
oculis ꝑuidetur. Apud me cer=
tum eſt ꝙ qui chꝛiſto recte cre=
dunt iſta non faciūt. Et ita ma=
ioꝛe dedecoꝛe defoꝛmatus (qm̄
perurgebat neceſſitas reipubli
ce conſulēdi) compulſus acquie
ſcere: vt ab epiſcopis quos in exi
lium truſerat ſacerdotiū ſume=
ret. Quo ſuſcepto: ⁊ gentis fero
ciſſime pacem tenuit ⁊ fidei ca=
tholice cuſtodiuit intemerata
conſoꝛtia.

❡ Cap̄. vij. De didymo q̄ q̄uis
luminibus oꝛbat⁹ eſſet in oī tm̄
ſcientia non paruʒ pꝛofecit quē
cōſolatus eſt anthonius ſuper
oculoꝛum amiſſione.

VErum cū
apud alexādriā po
pulos ⁊ vꝛbem: ne
buloſi ductoꝛis te=
tra perfidie caligo ſuffunderet,
velut lampadam quadam diui
na luce fulgentem Didymum
dn̄s accendit. De cui⁹ vita atq;
inſtitutis qm̄ ad eccleſie gloriā
dei munere ꝯceſſus credit, licet
in tranſcurſu neceſſario tm̄ ꝯme
moꝛanda nobis pauca vident.
His namq; in parua etate: cū ēt
adhuc pꝛima litterarū ignoꝛa=
ret elementa luminib⁹ oꝛbatus
maioꝛe deſiderio ſciētie veri lu=
minis inflammat nec deſpera= De. di
tionē cupita adipiſcendi paſſus dimo
eſt: cū audiſſet in euangelio ſcri etiam
ptū qd apud hoīes impoſſibile habēs
eſt poſſibile apd deū. Hac igit apud
oīa pollicitatione ꝯfiſus indeſi= hyſto.
nenter dominū pꝛecabat nō vt tripti.
oculoꝛū carnaliū viſum ſed vt il li. viij.
luminationeʒ coꝛdis acciperet. ca. viij
Miſcebat tm̄ pꝛecib⁹ ſtudia ac la

bores ⁊ luges cõtinuataſq; vigilias:nõ
ad legendũ ſed ad audiendum adhibe
bat vt quod alijs viſus hoc illi; confer=
ret auditus. Cum vero poſt lucubratio
nis laborem ſomn⁹ vt fieri ſolet legẽti=
bus aduenisſet. Dydimus ſilentiũ illõ
non ad quietem velociuz datum ducẽs
tanq̃ mundum animal ruminans cibũ
quem ceperat ex integro reuocabat:et
ea quã dudum percurrẽtibus alijs ex
librorũ lectione cognouerat memoria
⁊ animo retexebat:vt nõ tam audiſſe q̃
lecta fuerant q̃ deſcripſiſſe ea mentis
ſue paginis videret. Ita breui deo do=
cente in tantã diuinarum humanarũq;
rerum eruditionem ac ſcientiã venit:vt
ſcole eccleſiaſtice doctor exiſteret Atha
naſio epiſcopo: ceteriſq; ſapientibus
in eccleſia dei viris ad modum proba=
tus. Sed et in ceteris ſiue dyaletice:
ſeu Geometrie Aſtronomie quoq;:vel
Ariſmetice diſciplinis:ita eſſet parat⁹:
vt nullus vnq̃ philoſophorum aliqua
ex his artibus ꝓponens obtinere eum
vel concludere quiuerit. Sed ſtatim vt
reſponſiones eius acciperet magiſtruz
eum etiã illius de qua propoſuiſſet cre
deret diſcipline. huius aliquanti dicta
vel communiter diſputata: vel propo=
nentibus reſponſa adhibitis notarijs
deſcripſere:que etiam nunc in magna
ammiratione habentur. Nos tamen q̃
⁊ viue vocis ei⁹ ex parte aliqua ſumus
auditores et ea que a nonnullis dicen=
te eo deſcripta ſunt legimus, longe ma
iorem gratiam et diuinum neſcio quid
ac ſupra humanam vocem ſonans in il
lis magis ſermonibus qui de ore ipſius
proferebantur agnouimus. Hunc etiã
beatus Anthonius cum fidei athana=
ſij teſtimonium daturus aduerſum ar=
rianos de Thebaide alexandriam de=
ſcendiſſet magnificis cõſolatus eſt ver=
bis. Nihil te inquit offendat. o Didime
q̃ carnalibus oculis videris orbatus.
Deſunt tibi illi oculi quos mures ⁊ mu
ſce et lacerte habent. Sed letare quia
habes oculos quos angeli habent ⁊ q̃=
bus de⁹ videtur:per quos tibi magnũ
ſcientie lumen accenditur.

Capitulum. viij. quãti ex diſcipu
lis antonij etiã tunc in heremo habi
tantibus virtutes ⁊ ſigna fecerunt.

FLorebat igi=
tur egyptus ea tempeſta=
te non ſolũ eruditis in chri
ſtiana philoſophia viris ve
rum etiam his qui per vaſtã heremum
commanentes ſigna ⁊ prodigia apoſto
lica ſimplicitate vite ⁊ cordis ſincerita=
te faciebant. Ex quibus interim quos
ipſi vidimus ⁊ quorum benedici mani
bus meruimus hi ſunt. Macharius de
ſuperiori heremo aliuſq; Machari⁹ de
inferiori Hyſidorus in ſcitis Pambus
in cellulis. Moyſes:⁊ Beniamin in ni=
tria Sybriõ:⁊ Helyas:⁊ paulus in ape
tellio ⁊ ali⁹ paulus in Focis. Pemẽ ⁊ Jo
ſeph in piſpiri q̃ appellat̃ mons Anto=
nij. Sz ⁊ alios q̃plures hmõi viros in
egypti partibus habitare fidei cõperi=
mus auditu:vt vere compleret̃ apoſto
li dictũ q: vbi abundauit peccatũ ſup=
abũdauit ⁊ gratia. Habuit aũt per idez
tempus etiã Meſopotamia viros nobi
les eiſdem ſtudijs pollentes. Quorũ
aliquãtos ipſi nos per nos apud Ediſ
ſam ⁊ in Carrarũ partibus vidim⁹ plu=
res autem auditione didicimus.

Capitulum. ix. de inicijs gregorij na
zanzeni ⁊ ſancti baſilij capadocie epiſco
pi qui per diuerſas mũdi partes diſcur
rentes verbis et predicatione deſides
ſuccendebant.

SEd neutra ha=
rum
infecundior Cappadocia
fuit:imo aliq̃d leti⁹ grego
riũ cũ baſilio germinauit.
Tulit igitur ⁊ ipſa multoꝝ ſanctorũ ſe
getem ſatis letã produxit copioſaz pio
rum vineã. Oliuarũ quoq; domini ger
minauit nouellã Sed iſti precipue ve=
lut duo filij pinguedinis aſſiſtẽtes dex
tera leuaq; cãdelabro inſtar duorũ celi
luminariũ refulgebant. Unde dignum
puto de his pauca ſupra repetere. Am
bo nobiles ãbo athenis eruditi:ambo
college:ambo de auditorio digreſſi ad
ꝓfitendaz rethoricã rogabãtur. Quod
opus magnifice quidez implebat baſi=

llius gregorius ꝓo magnificentius cō-
tēnebat quiꝙ cū ſe totū dei ſeruitio mā
cipaſſet:tm̄ de college amore ꝑſumpſit
vt ſedentem Baſiliuꝫ de decoris cathe
dra deponeret ac ſecū ad monaſterium
manu iniecta perduceret. Ibiꝙ per an
nos vt aiunt tredecim omnibus greco
rū ſecularium libris remotis ſolis diui
ne ſcripture voluminibus operam da-
bant earumꝙ intelligentiam nō ex ꝓ-
pria preſumptione ſed ex maioruꝫ ſcri
ptis et auctoritate ſequebātur quos et
ipſos ex apoſtolica ſucceſſione intelli-
gendi regulaꝫ ſuſcepiſſe cōſtabat. Quo
rum precipue in prophetas commen-
tarios diſcutiētes:theſauros ſapientie
reconditos ī vaſis fictilibꝰ requirebāt.
Uerū cū iam ipſi ſuficiēter inſtructi di
uina diſpenſatiōe ad imbuēdos pplʼos
vocarent: ⁊ alius alio itinere ad idē tm̄
opus vterꝙ traheret, Baſilius Ponti
vrbes:et rura circūiens deſides gentis
illius animos et parū de ſpe futura ſol
licitos ſtimulare ꝟbis ⁊ ꝑdicatione ſuc
cēdere callūꝙ ab his lōge negligentie
cepit abolere ſubegitꝙ abiectꝫ manuū
rerū ⁊ ſeculariū curis ſuimet noticiam
recipere in vnū coire monaſteria con-
ſtruere pſalmis ⁊ hymnis: ⁊ orationibꝰ
vacare docuit pauperum curaꝫ gerere
eiſꝙ habitacula honeſta et quecunꝙ
ad victum neceſſaria ſunt prebere. Uir
gines inſtituere pudicam caſtamꝙ vi
tam oībus pene deſiderabilē facere ita
breui permutata eſt totiꝰ prouincie fa
cies vt ī arido et ſqualēte cāpo videret
seges fecunda et leta vinea ſurrexiſſe.
Gregorius vero bonū ſemē nō patieba
tur:aut ſuper ſpinas iacere:aut inter ſa
xa diſpergere:ſed bonā terrā cordis ſui
iugi cultu ⁊ exercitijs indeſinēntibꝰ ex-
colebat. Et multo ampliꝰ hic in ſemet-
ipſo ꝙ̄ ille in ceteris ꝓficiebat. Suſci-
pere ille q̄ renūciātes ſeculo deferebāt
ad pedes ſuos ⁊ diuidere vt q̄ſꝙ eguiſ
ſet curam gerebat. Iſte nihil habēdi ⁊
oīa poſſidēdi cōtentus ſcro erga ſolas
ſapiētie diuitias auarus ⁊ multum cu-
pidus inherebat. Ille coire plures in
vnum et ſui inuicem in neceſſarijs ha-
bere ſollicitudinē docebat hic ſui exem
plo q erat abſolutus ⁊ liber cū-
ctis ſermone apoſtolico predi-
cabat:ego aūt volo vos ſine ſo-
licitudine eſſe. Dn̄s in proximo
eſt:nihil ſolliciti ſitis: ſed tanꝙ̄
ſerui xp̄i hoc ſolū eſtote ſollici-
ti qn̄ redeat dn̄s ꝺ nuptijs. Ille
delinquentibus miſericorditer
ꝯdolere ⁊ a delicto reuocare hic
per diuini eloquij gratiā delin-
quendi incitamenta preuenire:
nec ſinere labi eum qui difficul-
ter erigeretur eliſus. Ille ī fide
purus hic in predicatiōe libe-
rior. Ille deo humilis hic etiaꝫ
hominibꝰ erat. Ille arrogātes
contemptu hic rōne vincebat.
Sic in vtroꝙ diuina gratia vnū
opus perfectionis explebat.
B ¶Igitur nō poſt Baſiliꝰ
ceſaree capadotie ep̄s cū a Ua
lente in exiliū pro fide cogeret:
exhibitus eſt ad tribunal ꝑfe
cti terroribuſꝙ (vt illi moris eſt
poteſtati) ⁊ minis maximis agi
cepit:vt niſi preceptis ꝑncipis
obediret interitū ſibi iam iāꝙ
ſperaret impendi. Tū ille intre
pidus ⁊ abſꝙ vlla animi pertur
batiōe hoc ſibi minātī prefecto
rn̄diſſe fertur atꝙ vtinā aliquid
mihi eſſe digni muneris qꝺ offe
ram huic q̄ maturius Baſiliuꝫ
de nodo follis huiꝰ abſolueret.
Cumꝙ daret ei nox q̄ erat me-
dia ad ſpatiū deliberādi rn̄diſ-
ſe denuo perhibetur. Ego cra-
ſtino ipſe ero q̄ nunc tu te vtinā
nō mutares. Et illa quidem no
cte vxor imperatoris velut tor-
toribus tradita cruciatur. Filiꝰ
vero qui erat eis vnicus extin-
ctus paterne impietatis creditur
exſoluiſſe ſupplicia. Ita ante lu
cem miſſi ſunt:q rogarent Baſi
liū vt precibus ſuis intercede-
ret ꝓ eis ne etiā ipſi ⁊ quidem Idem
multo iuſtius ſīliter interirent. hyſto.
Sic accidit vt cū oēs catholicos trip.li.
expulerit Ualēs, Baſilius vſꝙ vij.ca.
ad vite exitū itemerato cōlonis xxxvi.

ſacramēto in eccleſia pduraret. Gregorius vero apud Mazanzō opidū in locum patris ep̄s ſubrogat⁹ hereticoꝝ turbinē fideliter tulit. Reddita ño pace ꝯſtātinopolin ad eccleſiā docēdā venire exoratus nō abnuit. Ubi breui tēpore tantum ad emendandum populum vetuſtis hereticorum infectum venenis profecit vt tunc primū chriſtiani ſibi fieri viderent̄ ⁊ nouellā lucem veritatis aſpicere cum religionis doctor multa quidem verbis plura tn̄ doceret exēplis nec videret ab eo diſcipuli aliqd imperari q̄ nō prius ipſe feciſſet. Sz vbi glīā ſubſecuta inuidia eſt obniti q̄dem ⁊ ꝯſcriptionib⁹ min⁹ ſanis vti cepere vt ipſo ad propria remeante ali⁹ ordinaret ep̄s. Quod ille ſuſurrari tantum ⁊ ſub dente ſentiens ruminari ipſe profert q̄ dicere ei nullus audebat. Abſit inquit: vt mei cauſa aliqua ſimultas in dei ſacerdotibus oriatur. Si ꝓpter me eſt iſta tempeſtas tollite me ⁊ mittite in mare ⁊ deſinet a vobis quaſſatio. Tunc regreſſus in eccleſia ſua quod ſuperfluit vite tempus exegit. Et qm̄ feſſa iam etate ⁊ corpore inualidus erat ſucceſſorē ſibi ipſe delegit quo eccleſiā gubernāte debilitatis ⁊ ſenectutꝭ ocio frueretur. Extant quoqꝫ vtriuſqꝫ ingenij monimenta magnifica tractatuum quos ex tempore in eccleſijs declamabant. Ex quibus nos denas ferme ſingulorum oratiunculas tranſfudimus in latinū: baſilij p̄terea inſtituta monachorum optantes (ſi potuerimus ⁊ dei fauor adiuuerit) eorū plura transferre. Fuerunt preterea fratres duo Baſilio gregorio⁊ Petrus quoꝝ alter in verbo ita doctrine alter in operib⁹ fidei fratrē exequabat vt vterqꝫ vel gregoriū redderet. Extant etiam ipſius Gregorij iunioris aliqua opuſcula luculenta. Sed de his ſatis dictum. In occiduis vero partibus Ualentinianus fide religiōis illeſus vetere Romani imperij cenſura rem publicam gubernat.

¶ Capitulum. x. quomodo damaſus ſacerdotium in vrbe roma ſuſcepit quod vrſinus egre ferens ſtatim ſeditio magna oritur.

Damaſus poſt liberiū per ſucceſſionem ſacerdotium in vrbe Roma ſuſceperat. Quē prelatum ſibi non ferens Urſinus quidā eiuſdem diaconus in tantum furoris erupit vt perſuaſo quodam ſatis imperito ⁊ agreſti ep̄o collecta turbulētoꝝ ſeditioſorum manu i baſilꝭ que ſauiniana appellatur ep̄m ſe fieri extorqueret legibus ⁊ ordine ⁊ traditiōe peruerſis. Quo ex facto tāta ſeditio imo vero tanta bella orta ſunt alterutrum defendentibus populis vt replerent̄ humano ſanguine orationum loca. Que res factione Maximini prefecti ſeui hominis ad inuidiam boni ⁊ innocētis verſa eſt ſacerdotis: ita vt cauſa clericorum vſqꝫ ad tormēta duceret̄. Sed aſſertor innocentie deus affuit ⁊ in caput eorum qui intenderāt dolū pena conuerſa eſt.

¶ Capitulum. xi. Ambroſi⁹ ep̄s mediolani effectus eſt propter vtraſqꝫ populi partes ſibi inuicem cōtēdētes.

Interea defuncto apud mediolanum Auxentio hereticoꝝ ep̄o vtriuſqꝫ partis populi diuerſis ſtudijs ferebātur diſſentio grauis et periculoſa ſeditio vbi prope maturū parabat exitum: ſi pars vtraqꝫ cum diuerſum vellet nequaqꝫ ꝓpoſuerat obtineret ambroſius tūc ꝯſulares eiuſdē puincie faces gerebat. His cum perniciē ciuitatis videret immēdere ꝓ loco atqꝫ officio ſuo ꝯfeſtim eccleſiam ſeditionem ppl̄i mitigaturus ingreditur. Cūqꝫ inibi multa ſecundum leges et publicam diſciplinam pro quiete et tranquillitate peroraſſet:

Iſta habēt ⁊ lati⁹ i hyſt. trip. li. vij. ca. viij.

pugnantis inter ſe ⁊ diſſidentis
populi ſubito clamoꝛ ⁊ vox vna
conſurgit ambꝛoſium epm̄ po=
ſtulantes:baptizari hunc pꝛoti
nus clamabāt. Erat eniꝫ cathe
cuminus ⁊ ſibi epm̄ dari:nec ali
ter vnū populū foꝛe atq̄ʒ vnā fi=
deʒ ni ambꝛoſius ſibi dareť ſa
cerdos. Obluctāte illo ⁊ pluri=
mū reſiſtēte ad imperatoꝛem re
latū populi deſideriū omni ma
turitate iubetur īpleri. Dei eni
ait eſſe q̄ diſcoꝛdantē populi fi=
dem et animos diſſidētes con=
uerſio ſubita in vnū conſenſum
atq̄ʒ in vnam ſniam reuocarit.
Moxq̄ʒ dei gratiā cōſecutus et
initiatus ſacris ⁊ ſacerdos effe
ctus eſt.

¶ Cap. xij. De valentiniani
moꝛte apud illiricum.

Idē in
hyſto.
tripti.
ca. xj. i
pꝛinci.

INterea
cum ad bellū ſar
maticū valenti=
nianus de gallie
partibus veniſ=
ſet Illiricū ibi vix dū cepto bel=
lo egritudine ſubita oppreſſus
diem obijt relictis heredib⁹ in
imperio filijs gratiano auguſto
valētinianoq̄ʒ admodū ꝑuulo ⁊
nondū regis inſignib⁹ initiato.
Quē tn̄ neceſſitas eoꝛū q̄ tanq̄ʒ
vacuū imperij locū conabanť in
uadere cōpulit etiā abſente fra
tre purpura indui: ꝓbo tūc pꝛe=
fecto fideliter regnū gerente.

¶ Cap. xiij. de gothoꝛū per tra=
cias irruptione et valētis nece
deq̄ʒ bonis initijs gratiani.

PEr idē tem=
pus in oꝛiētis regno gothoꝛum
gēs ſedib⁹ ſuis pulſa per oēs ſe
tracias infudit: armiſq̄ʒ vꝛbes
⁊ agros vaſtare feraliter cepit.
de his
in hy=
ſto. tri.
li. viij.
Tūc vero valētis bella q̄ eccleſijs
inferebat in hoſtē cepta cōuer=
ti, ſeraq̄ʒ ꝑnia epos ⁊ p̄ſbyteros
relaxari exilijs, ac de metallis re
ſolui monachos iubet: ipſe tn̄ ab
hoſtib⁹ circūuētus in p̄dio quo
ex bello trepid⁹ cōfugerat īpie=
tatis ſue penas igni exuſtus de
dit annis in īperio cū fratre pꝛi=
mo ⁊ poſt cū fratris filijs quat=
tuoꝛdecim pariter exactis. Que
pugna initiū mali romano im=
perio tunc ⁊ deinceps fuit. Igi=
tur gratianus cū fratre admo=
dum paruulo poſt patrui neceꝫ
oꝛiētis quoq̄ʒ ſuſcepit imperiū.
His pietate ⁊ religione oēs pe=
ne qui ante fuerāt p̄ncipes ſupe
rabat. Vſu armoꝝ ſtrenuus ve
lox coꝛpe ⁊ ingenio bon⁹ erat: ſꝫ
iuuenili exultatiōe plus fere le=
tus q̄ʒ ſufficiebat ⁊ plus verecū
dus q̄ʒ rei publice interat.

¶ Cap. xiiij. quō imperatoꝛ gra
tian⁹ theodoſium imperij ꝑtici
pem fecit ⁊ poſt multa foꝛtiter
geſta maximi tyꝛanni inſidijs
ſuccubuit.

VBiq̄ʒ vidēs
vtilē virum annis maturū in tā
tis regni curis voluit hr̄e parti
cipē ⁊ q̄ꝛ vt ſermo diuinus mo=
net meli⁹ duo q̄ʒ vn⁹ cōſoꝛtē aſſi
ſcit theodoſiū. eiq̄ʒ oꝛiētis ꝓ cu
ratiōe ꝑmiſſa partes ſibi ac fra
tri occiduas reſeruauit. Veruꝫ
his poſtq̄ʒ mlta religioſe ac foꝛ
titer geſſit a maximo tyꝛanno
apud britāneas exoꝛto per an=
dragatiū ducē Lugduni ſuoꝛū
magis ꝓditione q̄ʒ vi hoſtium
peremptus eſt.
Idē in
hyſto.
trip. li.
ix. cap.
xxj.

¶ Cap. xv. de valentiniano pue
ro ac matre eius iuſtina q̄ eccle=
ſias ꝑturbare conabať cui reſi
ſtebat ſctūs Ambꝛo.

ET valēti=
nian⁹ i italia degēs
fratris nece atq̄ʒ ho
ſtis metu ꝑterritus
ſimulatiōe oblatā pacē a maxi=
mo ſimulās ipſe q̄ꝫ libēter am=
plectiť. Cū interim iuſtina mater
hoꝛū
memi
nit hy
ſto. tri.
li. ix. c.
xx. C.

eiuſdē arriane hereſeos alūna impietatis ſue vena que viuēte viro ſuppreſſerat filio facile decepto fidēter aperuit. Igitur apud mediolanū poſita ꝯturbare eccl̄iarū ſtatū cōminari ſacerdotib⁹ depulſiōis exilia niſi ari minēſis cōciliꝫ decreta quib⁹ fide ꝑatrū temerata fuerat reuocarēt. Quo bello eccleſie muruꝫ ⁊ turrē validiſſimā pulſabat ambroſiuꝫ. Cūq̄ minis terroribus atq̄ oī oppugnatiōis gn̄e fatigās primū ſibi aditū debellāde rimabat eccleſie. Sꝫ q̄uis illa Iezabel ſpū pugnaret armata reſiſtebat tn̄ ambroſi⁹ helye ꝟtute replet⁹ ⁊ gratia. Ipſa aūt in eccl̄ijs garrire: ſtrepere alare ⁊ inflāmare ad diſcordiā ppl̄os ſꝫ q̄ min⁹ res ex ſnīa cederet iniuriā putare ⁊ pro hoc apud filiū cōqueri. Unde adoleſcētul⁹ ꝓ cōtumelie iudīa quā falſo cōflauerat mr̄ acceſus armatoruꝫ globū ad eccleſiā mittit ꝯſtringi ianuas oppugnare ſctā ſacerdotē ꝓtrahi atq̄ in exiliū agi ꝓtinus iubet. Sꝫ tanta fuit ꝑſeuerātia fideliuꝫ populoꝝ vt alas priuſq̄ amittere q̄ ep̄m mallēt.

¶ Cap.xvj. de ꝯſtātia beniuoli q̄ renuit adimplere iceptū regine ac defenſione beati ambroſij aduerſus iuſtinam reginā.

Idē in hyſto. trip.li. ix.c.xx.

INterim diſtanda aduerſum fidē patrū imperialia decreta mādant beniuolo tunc memorie ſcrinijs p̄ſidēti. Sꝫ ille cui ab incunabulis ſacra fides: et venerabilis fuit abnegat ſe ipſa poſſe ꝟba ꝓferre ⁊ contra deū loq̄. Cū vero ne inceptū regine fruſtrari videretur celſior ei honor ꝓmittit ſi impleret iniūcta ille q̄ nobilior in fide eſſe q̄ in honorib⁹ cuperet: q̄d mihi ait ꝓ ipietatis mercede altiorē ꝓmittitis graduꝫ? Hūc ipſū quē habeo tollite: tantum mihi conſcientia fidei duret illeſa; Hoc dicens ante pedes p̄cipientium cingulū iecit. Ambroſius ꝟo aduerſum regine furorē non ſe manu defendebat aut telo: ſed ieiunijs cōtinuiſq̄ vigilijs ſub altari potius ꝑ obſecratiōes defenſorem ſibi atq̄ eccleſie deum parabat. Cumq̄ hoc in longuꝫ diuerſis machinis ⁊ oppugnationibus nequā iuſtina moliret. Marimus qui ſe ex vere tyrāni infamia legitimuꝫ principē geſtiret oſtēdere, datis lr̄is impiū ꝓteſtat inceptū, fidē dei ipugnari: ⁊ ſtatuta catholice eccl̄ie ſubrui: iter hec appropinquare italiā cepit. Quo iuſtina cōpto hoſte ſimul atq̄ ipietatis ꝯſcia perurgēte in fugā verſa cū filio: exilia q̄ dei ſacerdotibus parabat p̄ima ſortitur.

¶ Cap.xvij. q̄uo theodoſius ꝯſultus eſt necē gratiani et valentinianū ad regnū ⁊ fidem reſtituit.

ASfuit tamen theodoſius ꝓpter regni fidē bonitatiſq̄ ac beneficio rū gratiani memor: vindictā totis viribus oriētis iſurgēs ſult⁹ eſt ſanguinē iuſtuꝫ. Ualētinianoq̄ ipia inter hec matre defuncta fidē catholicā quā ipſa violauerat ⁊ regnū tyrannide depulſa reſtituit. Atq̄ ipſe poſteaq̄ romā illuſtri triūpho inuectus eſt ad ꝑ̄tria rurſum regna remeauit.

¶ Cap.xviij. de theodoſij ꝯmiſſo apud theſſalonicēſes ob necē vni⁹ militis et ei⁹ pnīa atq̄ pulchra lege ab eo ſācita.

PEr idez tempus ſubrectiōe quadā demonis turpis macula religioſo p̄ncipi iniecta eſt. Etenī cū apud theſſalonicā ſeditiōe exorta q̄dā ex militarib⁹ viris impetu fuiſſēt populi furētis extinct⁹ repētini nūcij atrocitate ſuccēſus ad ludos circēſes inuitari populū eiq̄ ex improuiſo circūfundi milites atq̄ trūcare paſſim q̄ſq̄ occurriſſet gladio iubet ⁊ vindictam dari nō crimini ſed furori. Ob hoc cū a ſacerdotib⁹ italie argueret agnouit delictū culpāq̄ cū lachrymis ꝓfeſſus publicā

m iiij

pnlam in ꝯſpectu toti' eccl'ie exe git. Et in hoc ſibi tp̄s aſcriptuz abſq3 regali faſtigio patiēter i plevit. Quib' oib' illud q̄3 mirabilir adiecit legē ſanxit in poſtep̄ vt ſnie principum ſup aiad uerſionē ꝓlate in diē triceſimuz ab executoribus differēt. Quo loc' nie: vel ſi res retuliſſet pnie nō periret.

Iſta pl'chre ⁊ diffuſe tangunt, i hyſto. tri. lib. ix. cap. xxx. p totuz.

¶ Cap. xix. quō diuia ꝓuidētia ſpāle mun' theodoſio ꝯtulit ꝓpter reſtitutionē eccl'iaꝝ p ip̄m in oriente catholicis factam.

[E]Gitur ad orientē regreſſus eſt ibiq3 vt ab exordio principat' ſui ſumma cura ſummoq3 ſtudio pulſis hereticis eccl'ias catholicis de eccl'iaꝝ reſtitutione cōſuleret: q̄ fides recta abſq3 p̄dicatiōis ipedimento ꝓficeret. Cōem ſe p̄bere erga ſacerdotes dei. fide religiōe ⁊ munificētia cūctis regnū animū exhibere: Acceſſu facilis ⁊ abſq3 iperiali faſtu ad colloq̄ū ſe hūilib' p̄bere hortatu ei' ⁊ largitiōib' eccl'ie pluribus in locis ornate ſat3 magnificeq3 ꝯſtructe p̄ſtare multa poſcentib'. S3 fre quētius vltro offerre. ad oloꝝ cultus q̄ ꝯſtantini inſtitutiōe ⁊ deinceps negligi ⁊ deſtrui cept' fuerat eodē imperāte collapſus ē. Pro quibus int'm deo char' fuit vt ſpāle ei mun' ꝯtulerit diuia ꝓuidentia. Et em̄ in Thebaide ptibus monachū quēdā iohannē noīe ſpū ꝓphetico repleuit. Cui' monitis atq3 r̄nſis pacem retinere an bellum gerere eſſet melius ſciſcitabatur.

¶ Cap. xx. de apolinare epiſcopo eiuſq3 hereſi q̄ in concilio rome congregato per damaſum papam condemnatur.

[I]Nterea apd laudiciā ſyrie an̄ idē tp̄s apolinaris ep̄s vir ſane in cunctis inſtruct'. Sed dū ꝯtentiōis vitio nimi' agit ⁊ aduerſum oē q̄d quiſq3 dixerat ire obuius delectatur iactatiōe ingenij male fortis hereſim ex ꝯtentiōe generauit: aſſerens ſolū corpus non etiā aiam a dn̄o in diſpenſatiōe ſuſceptū. In quo cū euidētibus euāgelij ſ teſtimonijs vrgeret q̄ b' ip̄e dn̄s n̄r ſaluator hr̄e ſe aiaz ꝓfitet ⁊ ponere eā qn̄ vult ⁊ iterum aſſumere eā quāq3 turbatam ⁊ triſtē dicit eſſe vſq3 ad mortem. Uertit ſe poſt: ⁊ ne ex toto vinci videret ait eū habuiſſe q̄dem aiam: ſed nō ex ea pte qua rōnabilis eſt: ſed ex ea ſolū qua viuificat corp'. Ad ſupplementū ꝟo rationabilis ptis ip̄m verbum dei fuiſſe perhibebat. Que aſſertio primo i vrbe roma a damaſo ⁊ petro alexandrino ep̄o concilio congregato tali ſnia depulſa eſt vt decernerēt ſi quis filium dei (qui ſicut vere deus ita vere homo fuit) vel humanitatis aliquid vel deitatis min' diceret habuiſſe alienus ab eccl'ia iudicaret. Que ſentētia ⁊ apud alexandriam confirmata eſt et apud conſtantinopolum decreto concilij. ex illo apoliariſte ab eccleſia declinantes et epiſcopos ſibi ſue partis ⁊ dogmata ꝓpria eccleſiaſq3 defendunt.

Idē in appolinar. hyſto. tri. li. vi. ca. xxx. vij. B.

¶ Cap. xxi. de epoꝝ ſucceſſionibus p diuerſas orientis partes.

[I]Giti i vrbe roma poſt Damaſum Siric' eccl'ie ſuſcepit ſacerdotiū. apd alexādriā ꝟo defuncto petro. Thimothe': ⁊ poſt hūc Theophil'. In hieroſolymis aūt poſt cyrillū iohannes apoſtolicas regat ſedes apud anthiochiā ꝟo defuncto Meletio ſubſtituit Flauian'. S3 q2 Paulin' adhuc ſup erat q̄ in catholicoꝝ ſemp ſocietate ꝑmanſerat mlta ibi iurgia

⁊ multe ↄtrouerſie ſepe cõmote nec tamẽ ſumma,venientibus alijs ⁊ alijs ob nitẽtib⁹ ipſiſqȝ in hoc elemẽtis terre mariſqȝ fatigatis potuit aliqñ pacis vll⁹ obtineri modus cuȝ vtiqȝ fidei iã nulla videret̃ ſubeſſe diſcordia. Hoc idẽ apd̃ Tyrũ fuit. Ubi cũ Diodorus vnus ſane ex antiqs catholicis vir ⁊ tẽptationũ documẽtis ꝓbatus cũ Athanaſij teſtimonio a ↄfeſſoribus eſſet eps̃ factus moleſtia ei⁹ cõtempta aliuſ a Valentij partib⁹ ordinat̃. Sed ⁊ in multis alijs vrbib⁹ oriẽtis hmõi ↄfuſiões cõtentio genuit ſacerdotũ. Apud cõſtantinopolim vero Nectareus ex pretore vrbano catheceuminus ⁊ nuper baptiſma conſecutus ſacerdotiũ ſuſcepit.

¶ Cap. xxij. De ſeditione paganoꝝ cõtra xp̃ianos apud alexandriã ꝓpter vetuſtã baſilicã quã epiſcopus ab imperatore impetrauit.

Interea apd̃ alexandriã noui motus ⁊ ↄ̃ tẽporum fideȝ aduerſus eccl̃ias ↄcitant̃: ex occaſione hmõi oborti. Baſilica qdã publici operis vetuſta ⁊ admodum neglecta fuit. Quã ↄſtãtius imperator donaſſe epis perfidiã ſuaȝ predicãtib⁹ ferebat̃. Que longa incuria nihil validũ preter parietes habebat. Uiſum eſt epõ q̃ p ideȝ tẽpus gubernabat eccleſiã hanc ab imperatore depoſcere: vt creſcentib⁹ fideliũ populis orationũ quoqȝ creſceret domus. Quãqȝ cum acceptã vellet excollere reperta in loco ſunt antra quedam latentia: ⁊ terre defoſſa: latrocinijs ⁊ ſceleris magis q̃ cerimonijs apta. Igitur gentiles qui detegi criminũ ſuoꝝ latebras ⁊ flagitiorũ cauernas viderẽt nõ ferentes opta tot ſeculis mala: ⁊ tenebris obtecta reſerari: velut draconũ calice potato iſanire oẽs ac palã furere ceperũt. Nec vocib⁹ iam ⁊ ſeditionib⁹ vt ſolebãt ſed manu ferroqȝ decertare nituntur. Crebros ↄflictu agere in plateis: belloqȝ aperto vterqȝ populus inter ſe coire. At noſtri numero ⁊ potẽtia multo plures ſed modeſtia religionis minus ferocesa erãt. Et quo frequenter noſtrorum plurimis vulneratis aliquãtis etiã interfectis ad templum quaſi ad arcem quandã refugiebãt. Quo nonnulloſqȝ ex chriſtianis captos ſecũ adducẽtes: acceſis aris immolare cogebãt. Renitẽtes nouis ⁊ exquiſitis ſupplicijs excruciatos necabãt. Alios patibulis affigẽtes alios ↄfractis crurib⁹ in ſpeluncas ꝑcipitãtes: quas ob ſacrificioꝝ ſanguineȝ ceteraſqȝ impuritates delubri recipiendas vetuſtas curioſa cõſtruxerat. Uerum hec p ſingulos dies: primo cuȝ metu: deinde cũ fiducia ⁊ deſperatione gerere: atqȝ intra templũ clauſi: raptu ⁊ preda viuere. Ad poſtremuȝ graſſantes in ſanguinem ciuiũ ducem ſceleris ⁊ audatie ſue deligũt Olimpũ quendã nomine ⁊ habitu ſolo philoſophũ quo anteſignano arcẽ deffenderant ⁊ tyrannidem tenuerant. At ij qbus romanoꝝ leguȝ cuſtodia: iuriſqȝ dicẽdi cura permiſſa eſt cognitis q̃ geſta fuerant: turbati atqȝ pterriti ad tẽplũ ↄuolant: cauſas audacie pcontant̃: ⁊ quid ſibi vellet ille concurſus in quo cũ tãto ſcelere ante aras ſanguis ciuiũ funderetur inquirunt. Sed illi obfirmato aditu cõfuſis ⁊ diſſonis vocibus: rõnem facti nullaȝ ſed clamorem reddebant. Miſſis tamẽ ad eos nuncijs, de romani ĩperij ꝑtãte de vindicta legum: ⁊ de his q̃ talia ſolerent ſubſequi commonebãt. Cunqȝ loci munitio nihil aduerſum veſana molientes agi niſi vi maiore ſineret, res geſtas ad Imperatorem ferunt. Ille q̃ ingenita mentis clementia errantes mallet emendare q̃ pdere: reſcribit illoruȝ quidẽ vindictam quos ante aras ſanguis fuſus martyres fecit non eſſe poſcendam: in quibus dolorẽ interitus ſuperauerit gloria meritoꝝ. De cetero vero maloruȝ cauſam radiceſqȝ diſcordie que ꝑ ſimulachroꝝ defenſione veniebant penitus debere ſuccidi. Quib⁹ exterminatis etiã belloꝝ cauſa pariter cõquieſceret. Cunqȝ hec ſcripta veniſſent ⁊ velut poſt indutias parui temporis ad audiendum vterqȝ populus conueniſſet ad templum: ſtatim vt prima epiſtole pagina reſerata eſt in cuius exordio vana gentilium ſuperſtitio culpabatur: clamor a noſtris immẽſus attol

litur ſtupor & pauor gentilium populos inuadit Latebras vnuſquiſq; querere: Anguſtos fugę aditus rimari aut noſtris ſe latenter immergere: vt ab omnibus qui aderant noſceretur, dei pñtia populo ſuo audaciã tribuente: furorez demonis qui in illis prius debachat⁹ fuerat effugatum.

¶ Cap. xxiij. de cõſtructione templi Serapis & eius ſubuerſione & vnde habuit ortum illa ſuperſtitio.

Serapis apud Alexandriã templuz auditum quidẽ omnibus puto pleriſq; vero etiam notum. Locus eſt non natura ſed manu & conſtructione per centum aut eo amplius gradus in ſublime ſuſpenſus: quadratis & ingentibus ſpacijs omni ex parte diſtentus. Cuncta vero quo ad ſummũ pauimentorum euadatur opere fornicео conſtructa. Que immiſſis deſuper luminaribus et occultis aditibus inuicem in ſemet, diſtinctis vſum diuerſis miniſterijs et clandeſtinis officijs exhibebant. Jam vero in ſuperioribus: extrema totius ambitus ſpacia occupant exedre et paſtoforia: domuſq; in excelſum porrecte in quibus vel editui: vel ij quos appellabant id eſt qui ſe caſtificant commanere ſoliti erant. Porticus quoq; poſt hec omnem ambitum quadratis ordinib⁹ diſtincte intrinſecus circuibant in medio toti⁹ ſpacij edes erat; precioſis edita columnis: et marmoris ſaxo extrinſecus ample magnificeq; conſtructa. Jn hac ſimulachrum ſerapis ita erat vaſtum: vt dextera vnum parietem alterum Leua perſtringeret. Quod monſtrum ex omnibus generibus metallorum lignorumq; compoſitum ferebatur. Interiores delubri parietes Laminis primo aureis veſtiti. Super has argenteis ad poſtremum ereis habebantur que munimẽto precioſioribus metallis forent. Erat etiã quedã ad ſtuporem admirationemq; videntiũ: dolis et arte cõpoſita feneſtra perexigua ab ortu ſolis ita aptata vt die qua inſtitutum fuerat: ſimulachrũ ſolis ad ſerapẽ ſalutandũ introferri: diligẽter templi foribus obſeratis ingrediente ſimulachro radius ſolis per eandem feneſtram rect⁹ os & labra ſerapis illuſtraret: ita vt inſpectante populo: oſculo ſalutat⁹ Serapis videretur a ſole. Erat & aliud fraudis genus hmõi. Natura lapis magnes hui⁹ virtutis eſſe perhibetur: vt ad ſe rapiat: et attrahat ferrum. Signuz ſolis ad hoc ipſum ex ferro ſubtiliſſimo manu artificis fuerat fabricatuz: vt lapis (cuius naturam ferrum ad te trahere diximus) deſup in laquearibus fixus: cũ temperate ſub ipſo ad librã fuiſſet poſituz ſimulachrũ: vi naturali ad ſe raperet ferruz: aſſurrexiſſe paululum ſimulachrum et in aere pẽdere videretur. Et ne hoc lapſu propero proderet: miniſtri falſatie: ſurrexit (aiebant) ſol: vt vale dicens Serapi, diſcedat ad propria. Sed & multa alia decipiẽdi cauſa a veteribus in loco fuerant conſtructa que nunc longum eſt enumerare p ſingula. Verũ (vt dicere ceperamus) reſcripto recitato: parati q̃dẽ noſtro populi ad ſubuertendũ erroris auctorẽ. perſuaſio tamen quedam ab ipſis gentilibus fuerat diſperſa: q; ſi hũana man⁹ ſimulachrum illud contigiſſet terra dehiſcens ilico ſolueretur in chaos: celumq; repẽte pceps. Que res paululũ ſtuporem quẽdam populis dabat. Cum ecce vnus ex militibus fide quam armis magis munitus: correptaz bipennẽ inſurgẽs omni niſu maxille veteratoris illidit. Clamor attollitur vtrorumq; populorũ: neq; tamen aut celũ ruit aut terra deſcendit. Jnde iterũ atq; iterum repetens putris ligni fumoſum genium cedit. Quodq; deiectum igni adhibito tam fa

hui⁹ ſimilia chri. euertio.

Tãgit in hy. tri. lib. ix. cap. xxvij. & princi.

cile ꝙ lignum aridū conflagrauit. Poſt hec reuulſum ceruicibus ⁊ depreſſum modo trahitur caput. Tum pedes aliaꝗ membra ceſa ſecuribus ⁊ rapta funibus diſtrahuntur: ac per ſingula loca membratim in conſpectu cultricis Alexandrie: ſenex veternoſus exuritur. Ad vltimū truncus qui ſuperfuerat in amphiteatro cōcrematur. Uaneꝗ ſuperſtitiones ⁊ erroris antiqui ac ſerapis hic finis fuit. De cuius origine diuerſa fertur opinio paganorum. Alij iouem putāt cuius capiti modius ſuperpoſitus vel quia cum menſura modoꝗ cuncta indicet moderari: vel vitam mortalib⁹ frugum largitate preberi. Alij virtutē Nili fluminis: cuius egyptus opibus ⁊ fecūditate paſcatur. Quidam in honorem noſtri ioſeph formatum perhibent ſimulachrum ob dimenſionem frumenti qua famis tēpore ſubuenit egyptijs. Alij repertum in hyſtorijs grecorum veteribus ferunt apim quendā patrē familias: ſeu regem in egypto mēphis poſitum cum famis tempore frumenta apud alexandriam defeciſſent. ex ꝓprio affatim ciuibus alimenta prebuiſſe. Quo defuncto in honorē eius inſtituerunt apud memphis templū in quo bos quaſi inditium optimi agricole nutritur: habēs quedam colorꝯ inſignia qui ex nomīe eius apis appelletur. Soron vero id eſt ſepulchrum in quo corpus eius inerat: alexandriam deduxerunt: ⁊ ſoron apis primo: ex compoſitione Sorapin. Poſt vero per corruptionē Serapin nominatum. Quid verum ſit aut nihil omnino de his deus viderit. Sed ad inceptum redeamus.

¶ Cap. xxiiij. de fraudibus paganorū ꝗ̄ in illo tēplo deleſte ſunt quapropter ꝗ̄ plurimi vere religionis cultum amplexi ſunt.

Poſt hec capite ipſo ydolatrie deiecto: ſtudijs vigilantiſſimi ſacerdotis: quecunꝗ fuerant ꝑ totam alexandriam portenta potiuſꝗ ſimulachra pari exitu ⁊ ſimili dedecore publicantur. Horret animus dicere ꝗ̄ miſeris mortalibus laquei a demonibus ꝑparati ſunt. Que funera: que ſcelera in illis que dicebantur abdita tegebantur. Quot ibi infantum capita deſecta in auratis labris inuenta ſunt: quot miſerorum cruciabiles mortes depicte. Que cum proderentur in lucem ac ſub auras prolata ferrentur: licet cōfuſione ipſa gentiles et pudore diffugerent tñ ſi quis adeſſe potuit mirabatur tot ſeculis ſe illis tam nefarijs ⁊ tā pudendis fraudibus irretitum. Unde et plurimi ex his condemnato errore ⁊ ſcelere deprehenſo: fidem chriſti et cultum vere religionis amplexi ſunt. Nā vt omittam cetera flagitia: que in alijs locis vi necatis paruulis: deſpicatiſꝗ ob fibrarum inſpectionem virginibus gerebātur vnum ſolum modo quod in templo ſaturni geri ad omnium venit cōſcientiam memorabo. Ex quo etiam cetera que omiſimus perpendant.

¶ Capitulum. xxv. Quomodo detecta eſt fraus cuiuſdam ſacerdotis ſaturni qui tyrannus dicebatur qui arte callida adulterium in templo cum mulieribus Alexandrie committebat.

Sacerdos erat apud eos ſaturni Tyrannus nomine. Hic quaſi ex reſponſo numinis, adorantib⁹ in templo nobilib⁹ quibuſꝗ ⁊ primarijs viris quorum ſibi matrone ad libidinem placuiſſent, dicebat: Saturnum precepiſſe: vt vxor ſua pernoctaret in tēplo. Tuꝫ is qui audierat: gaudēs ꝙ vxor ſua dignatione numinis vocaretur, exornatā compti⁹ inſuper ⁊ donarijs onuſtā ne vacua ſcꝫ repudiaret cōiugē mittebat ad tēplū. In cōſpectu oīꝫ cōcluſa intrinſec⁹ matrona tyrānus ianuis clauſis ⁊ tradit clauib⁹ diſcedebat. Deide facto ſilētio: ꝑ occultos ⁊ ſubterraneos aditus intra ipſum Saturni ſimulachrum patulis irrepebat cauer-

nis. Erat aūt ſimulachrum illud a ter=
go exeſuz: et parieti diligenter annexū:
ardentibuſq; intra edem luminibus in
tente ſupplicantiq; mulieri vocez ſubi=
to per ſimulachrum eris concaui ꝑfere
bat: ita vt pauore et gaudio infelix mulier
trepidaret: qd dignam ſe tanti numi=
nis putaret alloquio. Poſtea ꝙ vero ſq̄
libitum fuerat vel ad conſternationem
maiorem: vel ad libidinis incitamentū
diſſeruiſſet numē impurum, arte quadā
lineolis obductis repente lumina exti=
guebantur vniuerſa. Tum deſcendens
obſtupefacte et conſternate muliercule
adulterij fucum profanis cōmentatiōi=
bus interebat. Hec cū per oēs miſeroꝝ
matronas multo iam tpe gereretur: acci=
dit quandam pudice mentis feminam
horruiſſe facinus: et attentius deſignā
tem cognouiſſe vocem Tyranni. ac do=
mum regreſſaz: viro de fraude ſceleris
indicaſſe. Ille de iniuria coniugis immo
potius ſua ardentius inflammat⁹ inſcri
ptum Tyrannum ad tormēta deducit.
Quo cōuicto atq; confeſſo ceteriſq; frau
dibus reuelatis pudor oēs: et dedec⁹ pa
ganoruz peruaſerat domos: adulteris
matribus: incertis patrib⁹ liberis ſpu=
rijs deprehenſis. Quibus diuulgatis et
proditis raptim cum ſimulachris, et edi
bus excidebantur et crimina.

Cap. xxvj. de initio ſimulachri cano=
pi apud egyptum et eius deſtructione
per theophilum facta.

Am vero ca no pi quis enumeraret ſuperſtitio
ſa flagitia vbi pretextu ſa
cerdotalium litterarum:
(ita etenī appellant antiquas Egypti=
orum lr̄as) magice artis erat pene pu=
blica ſchola. Quem locum velut fontez
quēdā atq; originem demonum intan=
tum venerabātur pagani vt multo ibi
maior celebritas ꝙ apud alexandriam
haberetur. Sed de huius quoq; mōſtri
errore cuiuſmodi originem tradāt ab=
ſurdum non erit paucis exponere. Fe=
runt aliquando Caldeos ignem deum
ſuū circumferentes cum omnium pui=
ciarum deis habuiſſe conflictum. Quo
ſcilicet qui viciſſet: hic eſſe deus ab om
nibus crederetur. Reliquarum prouin
ciarum dij eris aut auri argentiue aut
ligni vel lapidis: vel ex quacunq; mate
ria conſtabant que per ignem procul du
bio corrūperet. Ex quo fiebat vt ignis
locis omnibus obtineret. Hec cum au=
diſſet Canopi ſacerdos callidum quiddaz
excogitauit. idrie fieri ſolent in egypti
partibus fictiles: vndiq; crebris et mi=
nutis admodum foraminibus patule:
quibus turbida aqua deſudans defe=
catior ac purior redditur. Harum ille
vnam cera foraminib⁹ obturatis deſu
per etiam varijs coloribus pictā aqua
repletam ſtatuit vt deum. Et exciſuz ve
teris ſimulachri: quod menelai guber=
natoris ferebatur: caput deſuper poſi=
tum diligēter aptauit. Aſſunt poſt hec
caldei. Igitur in conflictum circa idriaz
ignis accenditur, cera qua foramia fue
rant obturata reſoluitur: ſudante idria
ignis extinguitur. Sacerdotis fraude
Canopus Caldeorum victor oſtendit.
Unde ipſum Canopi ſimulachrum pe=
dibus perexiguis attracto collo et qua
ſi ſugillato: ventre tumido in modum
idrie cum dorſo equaliter tereti formatū.
et ex hac perſuaſione: velut deus victor
omniū colebatur. Sed profecerint hec
fortaſſe aliquando Caldeis. Nunc ve=
ro aduentante ſacerdote dei Theophi
lo: nullus profuit ſudor nec ceris fraus
obtecta ſubuenit. Uaſtata ſunt omnia
atq; ad ſolum deducta.

Capitulum. xxvij. de eccleſijs et mar
tyrijs que in ydolorum locis conſtructe
ſunt.

Ed nihil ge ſtuz
eſt quod in ſqualorem
verteret locum flagi=
tiorum. Cauerne ac ve
ternoſa buſta: deiecta
ſunt. et veri dei templa
eccleſieq; conſtructe. Nam et in Sera=
pis ſepulchro prophanis edibus com=
planatis ex vno latere martyrium: ex
altero conſurgit eccleſia. Occaſio autē
martyrij conſtruendi: vnde data ſit, di=
gnum arbitror memorare.

¶ Capitulum. xxviij. de ſepulchro Johannis violato ⁊ reliqꝫ eius apud Alexandriã p atha naſiũ ſub cauato pariete ſacra rij conſeruatis.

Juliani tẽ poribus velut rela xatis frenis: effer buit in oẽm ſeuitiã feritas paganorum. Ex quo ac cidit vt apud Sebaſtem Pale ſtine vrbem: ſepulchrum Johã nis baptiſte mente rabida ⁊ fu neſtis manibus inuaderẽt: oſſa diſpergerent: atqꝫ ea rurſuz col lecta igni cremarent: et ſanctos cyneres pulueri immixtos per agros ⁊ rura diſpergerent. Sed dei prouidentia factuz eſt: quoſ dam de hyeroſolymis ex mona ſterio philippi hominis dei ora tionis illud cauſa per idem tp̃s veniſſe. Qui cum tantum nefas humanis quidez manibus: ſed ferina mente fieri viderent mo ri gratius habentes ꝙ huiuſce modi piaculo funeſtari: iter eos ꝗ oſſa ad exurẽduz legebãt mix ti: diligẽtius inquantum res pa tiebatur ac religioſius congre gantes: furtiz ſe vel ſtupentibꝰ vel inſanientibus ſubtraxere: et ad religioſum patrez philippũ venerandas reliquias pertule re. Ille ſupra ſe ducens tantum

Idez i hy. tri. lib. vj. capit. xv. b.

theſaurum proprijs ſeruare vi gilijs: ad pontificem maximum tunc Athanaſium hoſtie imma culate reliquias per Julianum dyaconũ ſuũ poſt etiã paleſtine vrbis ep̃z mittit. quas ille ſuſce ptas paucis arbitris ſub caua to ſacrarij pariete incluſas: pro phetico ſpũ profuturas gñatiõi poſtere conſeruauit. Quibꝰ tũc deiectis ⁊ proſtratis ydolatrie ve ſtigijs in edibus quondam ꝓfa nis aurea tecta cõſurgerent. Sz poſt occaſum ſerapis qui nũ ꝙ vixerat: que iam alterius de monis ſtare delubra potuerunt Parum dixeriz: ſi omnes ꝗ erãt Alexandrie per ſingulas pene columnas cuiuſcunqꝫ demonis edicule inſulte ceciderunt. Sz per cũctas egypti vrbes per ca ſtella per vicos: per omne rus: p ripas fluminis: per heremum quoqꝫ ſi qua fana ſeu potiꝰ bu ſta reperiri potuerunt inſtantia vniuſcuiuſqꝫ epiſcopi: obruta ⁊ ad ſolum deducta ſunt: ita vt rus denuo culture redderetur: quod iniuſte fuerat demonibꝰ deputatum.

¶ Capitulum. xxix. de thoraci bus ſerapis apud alexandriaz abraſis et ſigno crucis domini ce loco eorum reddito propter cuius ſigni admirationez multi conuertebantur ad fidem.

Sed et il lud apud Alexã driam geſtuz eſt qð etiam thora ces ſerapis qui p ſingulas ꝗſqꝫ domos in parietibꝰ in igreſſibꝰ ⁊ poſtibꝰ ẽt: ac feneſtris erãt ita abſciſi ſunt oẽs ⁊ abraſi vt ne ve ſtigiũ quidẽ vſꝙ vel nois appel latio aut ipiꝰ aut cuiuſlibet alte rius demonis remaneret. Sz p his crucis dñice ſignuz vnuſqſqꝫ in poſtibus: in ingreſſibꝰ in fene ſtris: in parietibus colũniſqꝫ depi geret. Quod cum factũ hi ꝗ ſup fuerant ex paganis viderant in recordationẽ rei magne ex tra ditione ſibimet antiqtus cõmen date veniſſe phibẽtur. Signum hoc nr̃m dñice crucis inter illas quas dicunt hieraticas id eſt ſacerdotales litras habere e gyptij dñi velut vnum ex cete ris litterarum que apud illos ſunt elementis. Cuiꝰ littere ſeu vocem hanc eſſe aſſerunt interp̃ta tionem. Uita ventura. Dicebãt ergo hi ꝗ tunc admiratione rex

De hic etiã in hyſto. tri. li. ix. ca. xxix.

geſtarum conuertebantur ad fi
dem:ita ſibi ab ātiquis traditū
qđ hec q̄ nunc coluntur tandiu
ſtarent quandiu viderent ſignū
iſtud veniſſe in quo eſſet vita.
Unde accidit. vt magis hi qui
erant ex ſacerdotibus vel mini-
ſtris templorum ad fidem con-
uerterentur q̄ illi quos errorū
preſtigia et deceptionuȝ machi
ne delectabant.

¶Capitulū.xxx:quomodo ma
ior fuit inundatio nili poſt ſera
pis ſubuerſionem q̄ an̄ vt oſtē
deret de⁹ non ſerapi ſȝ ſe q̄ aq̄s
fluminis iubebat excreſcere.

Sane quoniam moris erat i
Egypto vt mēſura
aſcendentis Nili
fluminis ad templum Serapis
deferretur velut ad incrementi
aquaruȝ et inundationis aucto
reȝ. Subuerſo eius ſimulachro
ignicq; conſumpto omnes ſimul
negabant ſerapim iniurie me-
morem aquas vltra ⁊ affluētiā
De hiſ aliqđ i hyſto. tri. li. ij c. lviij. k
ſolitam largituruȝ. Sed vt oſtē
deret deus non Serapiȝ q̄ mul
to erat Nilo poſterior:ſed ſe eſ-
ſe qui aquas fluminis tēporib⁹
ſuis iuberet excreſcere tanta ex
eo ⁊ deinceps fuit inundatio q̄
ta fuiſſe prius etas nulla memi
nerat. Et ideo vlna ipſa id eſt
aque menſura quā poechinivo
cant ad aquarum dn̄m in eccl'ia
cepta deferri. Sed vbi hec ge-
ſta religioſo principi nunciata
ſunt extentis ad celum palmis
cum ingenti fertur exultatione
dixiſſe. gratias tibi xp̄e q̄ abſq;
vrbis illi⁹ magna pernicie tam
vetuſtus error extinctus eſt.

¶Cap̄m.xxxi. de valentiano iu
niore qui laqueo vitā finiuit:

Interea valentinianus in occiduis partibus
ais ꝯtuȝ etas patiebatur ardē
tibus rempublicaȝ gerens cau-
ſis etiam nunc latentibus laq̄o
vitam finiuit. Sed hoc quidam
dolo ducis ſui Arbogaſtis fa-
ctum confirmabant. Idq; q̄ ma
xime publica tenebat opinio.
Alij a commiſſo quidem ſcelere
ducem alienum dicebant ſȝ cau
ſas preſtitiſſe quibus i hoc ado
leſcens animi indignatione co-
geretur:q̄ minus ei tanq̄ p eta
tem nonduȝ valido libera [illegible] in-
dulgeret imperia. Fuere tamen
nonnulli ſacerdotum qui pacis
ab eo qui poſt creatus eſt lega-
tione ſuſcepta immuneȝ eſſe du
cem a mortis ſcelere apđ Theo
doſium teſtarentur.

¶Capitulū.xxxij.q̄uo theodo-
ſius egreferens mortem valēti
niani arma ꝯ eugeniū corripit.

Sed ipſe nichilo ſegnius inflammat⁹ ſe ad vl-
tionem arma contra Eugeniuȝ
qui in loco defuncti ſubſtitutus
eſt corripit. Dei primo volunta
tem per Johannem monachuȝ
de quo ſupra memorauimus ſciſci
tatus. Tum ille qui primaȝ de
Maximo ei victoriam predixe-
rat incruentaȝ etiam hanc licet
nō abſq; plurima vtriuſq; ſan-
guinis inundatione promittit.

Iſt i e que ſe quunt vſq; ad finē libri tangūtur hyſto. tri. li. ix caplo. xlv.

¶Capitulum. xxxiij. de appa-
ratu belli ac victoria theodoſij
contra eugenium orationibus
magis q̄ virtute patrata.

Igitur preparat ad bellum nō tā armorum telorum q̄ ieiuniorū orationū q̄ ſubſi
dijs nec tam excubiarum vigi-
lijs q̄ obſecrationum per nocta
tione munitus. Circuibat cum
ſacerdotibus et populo omnia
orationum loca ante martyrum